

HAYMO. IN APOCALY.

in arcu duo sunt principales colores, viridis scilicet, id est aquosus, & rubeus. In quibus nimirum designatur aper te aqua baptismati, & fangus redemptionis, vel gratia spiritus sancti. Per haec enim duo ab omnibus emun damur peccatis. De quibus duobus mysteriis tota ecclesia cingitur, & per haec in nouitatem gratiae dei remunatur. Vnde propterea duos colores possumus intelligere duo iudicia: unum quod factum est per aquam: atque aliud quod factum est per ignem. Sive per nubem imbris feram possumus intelligere sanctos, qui pluunt verbis, coruscant miraculis, & claritate superni luminis irradiati & illustrati pessimi supplicationibus, pro nobis ut fratram conditoris ad pietatem inflectut, sicut Moyses, qui intercedens pro populo Israel, dicebat: Aut dimitte eis hoc peccatum, aut dele me de libro tuo. Quod autem sequitur. Similis visione miragrina, quia miragrus lapis est viridis coloris, per hunc lapide sicut & supra per ipsidem diuinatus filii dei exprimitur, per quem tota ecclesia mundatur & gubernatur. [& in circuitu sedis fidelia vigintiquatuor, & super thronos virginis quatuor seniores sedentes.] Dominus in euangelio duo decim tantum thronos super quos duo decim teflatur sessiūs in iudicio apostolos dicens: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, quare ergo Iohannes vigintiquatuor commemorat: Nimirum propter geminum testamentum, vetus scilicet & nouum. Dicunt itaque duodecim propter dignitatem apostolicam. Dicitur & vigintiquatuor, propter patres vtriusque testamenti, qui cum domino venturi sunt ad iudicium Nam & in duodecim tribus Israel omnes gentes intelliguntur. In duodecim apostolis omnes perfides. Eti, qui exemplum apostolorum in praesenti vita sunt secuti, sicut in Petro ceteri apostoli & predicatores accepunt claves regni celorum. Est quoque unus thronus, sicut supra legimus, id est, una iudicaria potestas: sunt & vigintiquatuor, propter numerum prophetarum, & apostolorum ceterorumque fideliūm. Ipsi quippe erunt sedes, in quorum cordibus deus sedebit, ipsi & sedebunt, quia & alios iudicabunt. Vnde & Psalmista, Illic se-

Mat. 19.

Psal. 127.

LIBER II. MYST.

derunt sedes in iudicio, De quibus adhuc subditur: [sic] et cum amicti vestimentis albis. Hoc enim non solum ad apostolos pertinet, sed & generaliter ad omnes, qui vestimenta baptismatis inuolata a capitalibus criminibus custodiuntur. Baptizati enim Christum sunt induiti, iuxta illud Apostoli: Quotquot baptizati estis, Christum induitis, ipsique habent vestimenta alba, si inuolata feruant baptismatis sacramenta. Et in capitibus eorum coronas aureas. Vidi subaudis. Quia victores accipiunt coronam quando triumphant de hostibus, non immerto per coronas sanctorum regnum & remunerationem intelligent eorum, qui de mortis auctore triumphant. Sed sicut in illo sedentes iudicant, ita per illum victimarium possident, qui dicit: Confidite, ego vici mundum. Iohā. 18. Potest & sub alio intellectu eadem ecclesia figurari in xxiiij. seniorib. Constat enim hic numerus ex scenario & quaternario, quia quater seni. xxiiij. sunt. Senioris refertur ad operationem, cuius sex diebus Deus omnipotens omnia opera sua perfecit, & sexto die atque sexta hora hominem redemit. Quaternarius vero ad quatuor libros saeculi euangelij pertinet. Quia ergo sancta ecclesia sive in veteri testamento sive in novo, Dei operationem recitat, & veneratur, & libros sancti euangelij custodit, & recte in vigintiquatuor senioribus comprehendit: vel certe propter vigintiquatuor libros veteris testamenti, quibus vitae secundum canonicanam autoritatem, in quibus nouum testamentum, & ea quae in eo completa sunt pronunciata cognoscit. Vnde & euangelista dicit de duabus latronib., qui cum domino sunt crucifixi, ideo hoc factum, ut impleretur scriptura, quae dicit: Et cum iniquis deputatus est. & de throne procedunt fulgura & voces & tonitrus. Thronus de ipsa est electorum ecclesia, de qua procedunt fulgura, id est, signa miraculorum, de quibus dicitur: Illuxerunt fulgura tua orbi terræ. Quae bene fulgoribus comparantur, quia terrent & illuminant. Fulgura etiam ex pubibus descendit, & sancti ipsi sunt nubes, qui pluunt verbis, & coruscant miraculis. Emitunt quoque voces & tonitrua, id est, verba predicationis & comminationis.

Mar. 15.

Psal. 76.

g

HAYMO IN APOCALY.

- centes! Ois arbor quæ non facit fructū bonū excidetur,
& in ignē mittetur. Vnde est. Vox tonitruit tui in rota.
Psal. 75. Et quia de se dicit. Procedunt fulgura & voces & to
nitrus, cū hæc non sedi, sed nubibus cōniciat, ipsam se
dem nob̄e vule intelligi de qua imbris fulgura & toni
trua procedunt. [Et septē lampades ardentes ante thro
num, quæ sunt septem spiritus Dei.] Septem autē spiri
tus dicuntur cum vnu sit, propt̄ se p̄formen grātiā,
quæ super Dominum requieuerat, dicere pro
pheta: Requiecerat super eum spiritus domini, spiritus
consilij & fortitudinis, spiritus scientij & pietatis, &
replebit eum spiritus timoris domini. Bene autem lais
padibus cōparatur spiritus sanctus, quia ad Dei amorem
sanctos accedit, & lumine fidei illuminat, ne foueam
eroris incurrit. Lampas quippe grece flāma dicitur la
tine, neque alibi nisi ante thronum lucet, quia videlicet,
spiritum sanctum habere nō possunt, quicunque extra
ecclesia sunt, sicut haeretici. Vñ & in canonibus dicitur,
vt si tales iterum ecclesiæ cōungi per rectam fidē vo
luerint, accipiā manus episcoporum impositionē, quæ
tenus sic possint recipere spiritum sanctum quem perdi
derunt. [& in conspectu sedis tanquam mare vitreum
simile crystallo.] Mare appellat luterem, legimus enim
quod Salomon fecerit mare, id est, luterem. Per mare
autem debemus intelligere baptisimū testant Apo
stoli, qui dicit, Quoniam patres nostri omnes sub nube
fuerunt, & omnes baptizati sunt in nube & in mas
si. Vitro autem cōparatur quod perspicuum est metallū,
propter puritatē fidei, quæ in baptismō demonstratur, cū
baptizādi credere se in deū patrem & filium & spiritum
sanctū fatēatur. Mare vitreū intus & foris splēdet, quia
corde creditur ad iustitiam, ore autē cōfessio fit ad salutem.
Notandum autem quod idē mare simile crystallo dicitur. Cry
stallū enī ex aqua nascitur, & multo frigore durescit ad
lapidem ita & sancti per tribulationē presentis vitę ad
firmitatem p̄ducuntur. Ante thronū igitur sunt septē
spiritus dei, & mare vitreum simile crystallo, quia in
ecclesia tantummodo ardet spiritus sanctus, & trinita
tis baptisma tribuitur. Ideoque fides electorum manu

LIBER II.

festatur, vitaque illorum conflatur, & a cordibus vitis
hun̄ purgatur. [Et in medio sedis, & in circuitu sedis
quatuor animalia, ante & retro plena oculis.] Nulli du
biū, quin hec animalia dominum Iesum Christum si
gnificant, & omnes sanctos, p̄cipue quatuor euange
listas, qui in medio sedis & in circuitu esse dicuntur, quia
incipientes ab Hierusalem p̄dicādo peruenierunt usq̄
que ad fines terra. Hierusalem quippe in medio est or
bis terra, sic ut pro properam testatur dominus: In me
dio gentium posui eā, & in circuitu eius terras. Per ocul
os autem animalium, diuinarum scripturarum sacra
menta significantur. Plena ergo sunt oculis animalia,
qua quoniam scripturarum eloquia, quæ tot sunt san
ctorum lumina, quibus illi corda suorū illuminant au
ditorum. Ante & retro oculos habent, quia tam de his
qua facta sunt, quā de iis quae facta sunt, loquuntur,
Hęc enim orationis particula aliquādo pro p̄terēto
ponitur, ut est illud: Anteq̄ Abramam ficeret, ego sum.
Aliquādo vero pro futuro, ut est illud Apostoli: Vnū
quod retro est obliuiscens, in ante me exēdo. Ante ita
que & retro animalia plena sunt oculis, quia p̄fere
tē veteris ac noui testamēti vniuersa cōtinent sacram
enta quæ scilicet principaliter trium rēporum cauſas
enarrat, id est, p̄terēti, p̄sēntis, & futuri. Et alia quā
dem p̄dicta, alia autem iam implēta, alia vero adhuc
implenda prouinciantur: Pr̄dicta scilicet mysteria do
minica incarnationis, implētam iam eiudēm redē
ptoris nostri dispositione, implēdām vero iustorum
atq̄ impiorum separationem Concordant autē sibi isti
oculi, quia quod lucet in veteri testamēto, hoc fulget in
novo. Vel certe animalia ante & retro oculos habent,
quia oēs electi redēptorem suum & iudicatū in primo
humilitatis fūz̄ aduentu, & iudicaturū in secundo cel
situdinis fūz̄ semper attendunt. Cum eriam quilibet
electi verbi euangelistarum edocti, p̄terēta pecca
ta recolentes deflent, & quæ subsequi possunt, sollicite
precauent, ante & retro animalia oculos habēt. Multa
hinc dici possunt, quæ breuitati studentes omittimus,
& alia primū simile leoni, & secūdū alia simile vitu

HAYMO. IN APOCALY.

lo, & tertium animal habes faciem quasi hois, & quartum animal simile aquilae volanti.] Miru valde est quare lohannes alio ordine hæc animalia ordinat quæ Eze chiel, primi ponens leonem, cum ille primum faciem hominis posuerit. Ad quod dicendum est, quia propheta non seruat ordinem historiaræ, quod si faceret, iam nō propheta, sed historia esset. Quod ex libris prophetarū facilissimum cognoscitur, e quibus ut unum ponamus pro omnibus, perspicendum est quod idem propheta Eze chiel, cum superius dixerit ad se factum verbum domini anno xxvi. deinceps loquens contra Pharaonem regem Ægypti a vindeximo anno eandem prophetam ad le factam dicit: Spiritus enim sanctus locutus est pro phe tis sicut voluit, & quādo voluit, Ideoque non est ibi re quirendus sermonis ordo, sicut in libro Genesis, vel Regum, & in ceteris historiis. Primum ergo Ezechiel faciem hominis, id est, Matthœi ponit, seruans ordinem historiaræ. Qui idcirco per hominem intelligitur, quia humana natura filii dei describitur tempore, dices: Liber generationis Iesu Christi. Deinde Marcus per leonem intelligitur, quia a clamore inchoat, velut leo dicens: Vox clamantis in deserto. Tertium ponit vitulum, id est, lucam, quia a fæderotio cepit, dicens: Fuit in diebus Hærodii regis sacerdos quidam, qui etiam maxime circa templum versatur, a quo & euangelium suum ita terminat: Quia erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Quarto loco ponit aquilam, quæ utique lohan nem significat, qui a diuinitate cepit, quoniam Christus prius natus est ut homo, deinde predicauit, & terribilē vocem emisit ut leo, & sic passus est ut vitulus, ac post modum ascendit ad celos ut aquila. Ideoque in hoc ordine ordi seruatur historiaræ. Iohannes vero primum ponit leonem, quia Christus iam surrexit a mortuis, quia videlicet non ideo crediderunt in Christum populi, quia natus est ut homo, aut quia passus est ut vitulus, sed quia surrexit a mortuis ut leo. Hinc Paulus dicit: Et si no ueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus, ac si dicere: Nō iam in animalibus hominem mortuum, sed leonem attendimus post mortem in cœs-

LIBER II

num viætum. Vnde in sequentibus legimus, Vicit leo de Apoc. 5: tribu iuda, Et Iacob in persona illius loquitur iuda: Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, Gen. 49: & quasi catulus leonis, quis suscitabit eum? Nā dicit qui de natura bestiarū disputant, quod leo nō clausis oculis dormit, & Christus mortuus est ex humanitate, tamen vigilavit & ipassibilis māsit diuinitate. Dormiēs quoque leo nascitur, & ad vocē patris excitatur, ita & Christus vox patris excitatur eft. iuxta illud Psal. Exurge gloria mea &c. Quia ergo inde credis vnde surrexit, bene lohannes primum leonem posuit. Primus itaq; est in ordine hō & vitulus, sed primum in virtute leo. Leo quippe rex est bestiarū, atq; ideo nō immerito per eum Marcus intelligit. Secundum ponit vitulum, qui utq; ut dictū est, Luca significat, quia vitulus hostia fæderotū erat, & in templo offerebatur, & ipse in sua narratione maxime circa templum versatur. Tertiū hominem i. Matthœi, qui temporaliter Christi describit nativitatem. Quartū aquilam i. Iohannem, qui in reuerberatis oculis trascendens omnem altitudinē celi, & ipsos enī choros angelorū diuinitatē filij dei intuetur, dices: In principio erat verbum. Haec quatuor animalia significabant quatuor flumina paradisi, de vno fonte Christi in ecclesia manantia. Similiter & quatuor circuli areæ, quibus portat ecclesia. Significat quoq; hec quatuor animalia ipsum dñm Iesum Christum, qui natus ut homo, passus est ut vitulus, surrexit ut leo, ascendit super omnes celos ut aquila. Designatur etiam per haec animalia omnes sancti, nā unus quisque electus in quantum rationabiliter secundum voluntatem dei vivit, homo est, quia homo est rationale animal, in quantum aduersa isti seculi & quanmiser tolerat leo. Vnde descripsi est: lustus quasi leo confidens absque terrore erit. In quantum se mortificat cum virtutis & concupiscentiæ vitulus. In quantum per mentis contemplationem celestria petit aquila. [Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas.] Alæ animaliū significant duo testamenta, quibus ecclesia ad celestia supportatur. Sed cum duo sint testamenta, eiusdem ecclesia spirituales alæ, propter geminū testamentum, quod in xij.

HAYMO. IN APOCALY.

tribub? Israel, vel in xij. apostolus inuenitur, ipse alij R binarij duodecim multiplicatur, & xxiiij. alias redditur. Bis enim duoden. xxiiij sunt. Alter duodenarius numerus constat ex partibus septenarij. i.e. tribus & .iiiij. Si ue etiā dicamus, ter quaterni, siue quater terni. xij. sunt, qui numerus sacramentorum est numero XII. apostolorum. In tertiaro autem fides sancte trinitatis intelligitur. In qua ternario autem quatuor mundi partes. Ducatur ergo duodenarius per binarium, & efficiuntur. xx. & .iiiij. Quod numero summa electorum exprimitur, quibus fide sancte trinitatis per quadripartitum orbem predicatoribus, totus mundus ad ecclesiam sustollitur. Postmodum & has alas senas aliter intelligere. Prima ala intelligit lex naturalis, secunda lex Moysi, tertia propheta, quia cum gelium quinta epistolæ apostolorum, sexta canonica autoritas, siue doctrina catholicorum virorum, Hieronymi, Aug. eteriorum sanctorum patrum. His ali quorū die sancta ecclesia sustollitur, & ad celestia subleuitur. Alter senarius numerus pertinet ad omnē Christi operationem, que in sex diebus, & sex huius seculi aetate peracta est, vel peragitur. Quatuor igitur ad nostrā naturam pertinent, que ex quatuor humoribus constant. Quartuor ergo sensus alis videntur sancti, quia quādū in hac vita constitutus, ea tantum possunt comprehendere, que per sex huius aetates seculi peraguntur. Hic est quod apud Isaiam cherubini caput & pedes velare alis referruntur, quia videlicet sancti neque ea quā fuerunt ante mundi constitutionem, neque ea quā post finem seculi futura sunt cognoscere possunt. Et Ezechiel adiugit, una similitudo ipsorum quatuor, quia videlicet vñā fidem docent quadripartitum orbem. Et etiam in euangelio, uno inueniuntur quatuor, sicut in cōcordia textus aperente manifestatur. [& in circuitu & intus plena sunt oculi.] Haec animalia sicut supradictū est, omnes sanctos predicatores significant, qui in circuitu & intus pleni sunt oculis, quia sua predicatione & eos illuminant qui in medio ecclesiae confunduntur. & eos qui in finibus terrae morantur. Vel in circuitu & intus pleni sunt oculi, quia per literam simplices, & per spiritualē intelligentiā

LIBER II.

perfectiores instruunt. Quasi enim foris habebat oculos Paulus, cum dicebat quibusdam, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quasi intus habebat oculos cum alibi diceret, Sapientiam loquimur inter perfectos. Vel in circuitu & intus pleni sunt oculis, quia & in cogitatione & opere mundos se custodiunt, alios quidem perfectione fidei & operis informat. Quid utrumque Psalmista breviter comprehendit dicens: Omnis gloria eius filii regis ab intus in finibus aureis circuamq[ue] varietate, quia videlicet ecclesia interiora cordis sollicito in prospectu dei mundare studet, & exteriore etiam suā irreprehensibilis custodire probatur, quantum per utramque sententia, & alius pulchra sit foris & intus ubi. Vel in circuitu & intus pleni sunt oculi, quia fidem quam habent in corde, foris mani festat ore, iuxta illud: Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. [Et requie nō habebant die ac nocte dentia, Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.] Omnis ecclesia que in his animalibus designatur, hoc facit die ac non ē, quia & in prosperis & in aduersis, siue etiā per continuum laudes creatori suo agere satagit. Norandum autem, quia cum sancta animalia ter dixerunt sancti sancti, sanctus sanctus, ad singularem numerum redunt, dicentes dominum deum omnipotentem, quia licet trinitas sit in personis, unitas est in maiestate, qui erat ante omnia secunda, & qui est immutabilis, sicut Psalmista dicit, tu autem idem ipse es. Et venturus est ad iudicium, ut reddat vnicuique iuxta opera sua. Quo in loco quæstio oritur cur videlicet sancta animalia cum trinitate premissem, subiungunt qui venturus est. Nostra quippe fides habet, quod in iudicio colummodo persona filij vi debitur, quia in ea forma quia iudicatus est iudicabit: & pater non iudicat quemq[ue], sed omne iudicium dedit filio. Sed sciendum est, quia licet persona filij in iudicio tam videatur, tamen illic cum illo erunt pariter pater & spiritus sanctus in unitatis diuinitate, & ipsa inseparabilis trinitatis natura, per assumptam filij humanitatem iudicabit reprobos. [& cum darent illa animalia g. iiiij

i. Cor. 2,8
i. Cor. 2,9

Psal. 44,

Rom. 10,

Psal. 102,

HAYMO. IN APOCALY,

gloriam & honorem & benedictionem sedentia super thronum, viuenti in secula seculorum. In hoc loco anima lia non generaliter vniuersalem ecclesiam significant, sicut supra, sed tantummodo quatuor euangelistas, qui dant gloriam & honorem & benedictionem omnipotenti deo, quando omnia qua a deo perceperunt, ad ipsum referunt. Dabant gloriam & honorem deo, cum dicebant, Sancti sanctus famulus dominus deus omnipotens, quia predicabant & laudabant in his verbis deitatem, magnificientiam, gemitatem & dominationem.

Rom. 2. Sed quod illi faciebant, admonent utique ut & nos faciamus, laudantes deum pro omnibus qua ab ipso percepimus, videlicet ut quiquid habemus in gloria fidei & honoris, operationis & spei, & in benedictione supernae remunerations ad ipsum referamus. Paulus apolo-

Iohann. 15. stolus dicit: Gloria & honor omni operanti bonum ius facio, ut illo primum & Graeco. Non quia a ludaco & Graeco & gentili, sed illud bonum, vel illa gloria, sed a deo, quia ipsi se dicit: Sine me nihil potestus facere. Et apostolus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum &c. item que praecepitur, ut qui gloriatur in domino gloriatur. Sedentem super thronum Christum debemus intelligere ut supra ecclesia sua praesidentem, procedebant virginis & iuuenientium seniores ante sedentem in throno, & adorabant, viuentem in secula seculorum. Vix intiuicuuo

seniores, vniuersalis ecclesia intelligitur, tam in proprio sitis quia in subiectis plebioribus, Procedunt. 24. seniores, qui humiliant seipso, & omne bonum suum, ad illum reserunt, dicentes: Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nihilque de suis meritis presumunt, sed omne bonum suum ab illo scirent se habere. Unde & sequitur, Qui adorabane viuentem in secula seculorum. Adorant namque eum, quando ex suis meritis & operibus non sua, sed illius gratiam querunt, mittentes coronas suas ante thronum. Quia corona viatores accipiunt, non immergit hic per coronas sanctorum triumphantum & viatorum debemus accipere. Hoc est itaque coronas ante thronum ponere, quod est in faciem cadere & adorare, ante thronum quippe electi suas coronas mittunt, quia

LIBER II.

quicquid virtutis & fortitudinis habent, ipsi in secreto mente sua tribuant, a quo ut vincere possent diabolos & tentamenta sua carnis, fortitudinem preceperunt. Hoc denique figuratur est, quando dñs Hierosolymam venienti, turba qua illi obuiam venit, palmas quibus victoria significatur, ante pedes asinæ super quam sedebat prostrata est legitur. Quid enim per palmarum ramos in via fratris hoc significat per coronas ante thronum positas. Mittentes ante coronas dicunt: [Dignus es dñe deus noster accipere gloriam & honorum & virtutem.] Gloriam Christus accepit, quando tertia die resurrexit a mortuis honorum, quando resurrectionis die eleuatus est ad dexteram paternæ maiestatis, virtutem, quando omnia et subiecta sunt, scit ipse testaf, dicens discipulis: Data est mihi ois potestas in celo & in terra. [quia tu creasti omnia, & ppter voluntatem tuâ erant, & creata sunt.] Ac si dicant, Idcirco cuncta tibi, quia a tuis gerunt ascribenda sunt, quia ut esse possent, & ea quia tua sunt agerent, a te accepterunt. Sed mirum est quod sequitur, Propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Si enim erat quomodo creata sunt? Sed erat in predestinatione omnipotenti dei, & creata sunt in opere visibili, & que erant prius in artificio, voluntate sine tempore, creata sunt secundum quod in arte creatoris disposita erant in tempore. Tale quid & Iohannes in euangelio suo ponit qui cum dixisset: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, continuo subiecit: Quid factum est in ipso, vita erat. Et Paulus apostolus de electis: Qui elegit (inquit) nos ante mundi constitutionem &c.

Mat. 12.

Caput: V

T vidi in dextera sedentis in throno liberum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Sedentem in hoc loco debemus intelligere deum patrem; dexteram vero illius filium, per quem omnia facta sunt. De quo Psalmita dicit: Dex-

Ephe. 2;

tera domini fecit virtutem &c. Liberatur in dextera sedentis verus & nouum testamentum significat. Qui bene in dextera sedentis fuisse dicitur, quia principalis

Psal. 127

HAYMO. IN APOCALY.

intento sacrae scripturae ad Christum pertinet, cuius natuitatem, mortem, resurrectionem, ascensionem, & secundum aduentum ad iudicium continet. De quibus oībus vtero se querentibus exempla offerunt. Idecō autem vetus & nouum testamentum vnuſ liber appellatur, quia nec nouum auertere, nec vetus a nouo. Valeat disiungi, sed quisquis prædictus est in veteri, comple-
tum constat in nouo. Nā vetus testamentum nuncius est & velamen noui, nouum vero reuelatio & admis-
picio est veteris. Qui liber bene intus & foris scriptus esse dicitur, foris scilicet propter vetus & testamentum, intus proper nouum, vel foris propter faciem terræ, intus propter allegoricos sensus. Sive foris & intus, quia unum testamentum terram promittit dicens: Si volueritis &
audieritis me, bona terra comedetis, & alia multa. As-
ciendū interna regni cœlestis beatitudine, dum dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Qui etiam liber septē sigillis ostendit signari, id est, si-
gulari. Septenarius numerus ut saepe dictū est, ad vnuſ testifacit referit. Per septē ergo signa plenitudo ob-
scuritatis & mysteriorū, quae in veteri latebat testa-
mento, debemus accipere. Vnde & Abacuc dicit: Deus a libano veniet, & sanctus de monte vmbro & con-
dens. Mons quippe libanus vmbros & cōdens, li-
bris fure veteris testamenti openi figuris allegoriarū, a quib⁹ dñs venire perhibet, quia ibi prædictus, fusse co-
gnoscitur. Sive septenarius numerus ad septiformē spi-
ritum sanctum refertur. Septē siquidē sigillis liber si-
gnatus est, quia videlicet omnis scriptura per gratiam sp̄is eiusdem & data est & referata. Vnde & lex di-
gito denidem sp̄i sancto descripta legit. Et dñs resur-
gens a mortuis, & aperiens sensum discipulis ut intellici-
gerent scripturas, dicit eis: Accipite spiritū sanctū. Pos-
sumus &c. in septē sigillis septem modos locutionū in-
telligere, quibus omnis cōstat scriptura. Aut enim indi-
catio loquimur, ut illud: Ego dñs deus tuus docens te
vitula. Aut promissio, ut indicabō stibi o homo quid
sit bonū &c. Aut imperativo, ut Audi Jacob serue me⁹
Et, Audi Israel, dñs deus tuus deus vnuſ est. Aut opta-

Abacuc

Iohā. 2.0.

Isaiā. 48.

Mich. 6.

Deut. 6.

LIBER II.

Itiu, vt Utinā attendis verba mea. Aut coniunctio ut Si audieritis vocem meam, & custodieritis pacem meum, eritis mihi in peculia de cunctis populis. Aut infinitivo, vt Intelligere & scire dñm intelligentia est. Aut imperativo, vt: Quis loquetur parentis domini? Ipsa enim sacra scriptura locutio septiformis, quasi sub septem signis intelligētis cōmetetur, dum per septem modos distinguatur. Inquirebis enim nobis scripturas, primus gesta rei textus nobis occurrit, quia videlicet ea tantum scripturarum eloqua cōprehendit, quae nil mystice significant, sed tantum simpliciter rerum causas. Deut. 6. euoluunt, ut est, Audi Israel, dñs deus tuus de vnuſ est. Secundus allegoricus gestas occurrit. Qui licet aliquid gestū narrat, gestus tamē ille reputat totus allegoricus, unde nec in vnuſ frequentatur. Hinc est quod in oībus finibus Israël puer queritur regi David, & inuenitur tam fœtus, vt algens sensu mētrā calefaciat, calefactū tamē ad libidinē non provocet. Per quam designat turfa-
pientia, quae etiā in senibus non senescit, sed insuper eos igni diuinam amoris ascendit. Ad hunc pertinet etiā modū, qd populus Israeliticus in deserto a serpente pers-
cussu aspectu anni serpentis sanabat. Per quem redemptor noster intelligit, qd in cruce suspensus, qui nos a mortuō diaboli liberat, beatæ immortalitatis remedia fidelibus tribuit. Hec em siad literā discussa tractem. Iudea pro tempore putabat. Sivero mysteriis applicant, ma Rom. 4. gna insinuant sacramenta. Tertius modus vterque est his-
toricus scilicet acq̄ allegoricus, quo scribitur, quoniam Abramā duos filios habuit, qui sicut Apostolus scribit, duo significant testamenta. Intra hunc modū & illum cōcludit, quo Iacob paterna devotione dispositus, ligna sibi barulasse dicit, singulariter Christi passionē desi-
gnans, quem pater pro omnibus tradidit, propriacq̄ ba-
julare passus est crucem. Qd etiā modo de latere dor-
mientis viri formata mulier, ecclesiam significabat, ex latere Christi in cruce pendentes adificandam. Quartus modus est, quo nobis aliquando proprie, aliquando vero mystice creatoris nostri diuinitas sacris intimatur op̄ Exodi. 3.
scilicet Proprie scilicet sicut Moysi dicit, Ego sum qui

Isaiā.

Exod. 18.

HAYMO. IN APOCALY.

sum, & sic dices filij Israel: Qui est, misit me ad vos, mystice vero; ut omnipotens Deus sicut plaustrum onus sum fecio stridere se dicit, cum gravae hominum peccata portare se indicat, vel sicut Iesas super solium excelsum & eleuatum federe defensit dominum, angelicas significant potestates, quas sibi ad quod voluerit subiecit. Quintus modus est parabolam, qui tam relatu verborum quam actu conficitur operum, qui in tantum est multiplex atque occultus, ut non solum multa, quae iuxta literam non possunt admittat, verum etiam quibusdam in locis mysteria narratur testimoniū de historia a sumens, ipsum literæ gestum immutat. Parabolam enim verborum hic modus conficitur, ex quibus est illud: *leuī ligna vt vnguenti super regē &c.* Neque enim ligna ambulare possunt, aut sibi reuādō stituere, sed aliud quoddā per congruā significationem metaphorice talibus scripturarum sententiis profertur. Immunit autem, ut dictum est ipsius literæ textus, aliquid propter mysticum intellectum, ut in titulo psalmi tricisiū tertij dicitur *Psalmus ipfi David, quādo commutavit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit.* cum hoc factum sit coram Achis regē Geth, sicut liber Regū narrat. Cū ergo pro Achis Abimelech pominet, vtique ostendit ex ipsius interpretatione nomen latens aleius penetrare mysterium. Abimelech quippe interpretatur patris mei regnum, significans Iudeos, in quorum conspectu verus David manu fortis Dominus Iesus Christus immunita vultum suum, quando apparet in forma serui, humiliavit semetipsum usque ad mortem crucis. Vidi misericordiam tuam habentem speciem neque decorum, & quasi absconditus vultus eius & respectus, unde nec reputauimus eum. Dimisisti eum Abimelech & abiit, quia videlicet Christus a Iudeis minime receptus ad gentes cum apostolis transfluit. Vnde ipsis Paulus dicit: *Vobis quidem oportebat loqui verbum Dei, sed quia repulisti illud, ecce contumeliam ad gentes.* Aliquando vero idem modus in parabolis rerum de ipsis etiam peccatis hominum & transgressionibus adulterorum prophetiam insinuat

Iudic. 2.

1. Reg. 21.

Isaiæ. 53.

L I B E R II

operum futurorum, sicut factum esse in David constat, qui vxorem Viriā sibi assumpit, quanm de solario vi. 2. Reg. 11 deni concupiuit, & ipsum gladio peremuit. Significat quippe in hoc loco David Christum, qui de celo miseri corditer cernens ecclesiam in sua prædestinatione, lauacro aquæ in verbo mundandam, concupiuit, eam prouidus, ut iustificata sibi coniungeret legitimus. Sed ut Bethsabæ David iungatur, Virias vir eius interficitur, quia ut iustorum ecclesiæ coelesti sposo adhuc, antiqui hostis virtus conseruitur & pedibus electorum calcanda prosternitur. Vnde & per euangelium illis a Domino dicitur: *Ecce dedi vobis potestatum calcidare super omnem virtutem inimici.* Sextus modus est de gemino salvatoris aduentu, quo vigilans discretio adhibenda est, ne aut primus accipiatur pro secundo & secundus pro primo. Cuius ludicri ignari, ignorantia cœitate tunc usque laborant, deficitentes ad primum, quid ad secundum eius pertineat aduentum. Primus itaque humilitatis sibi vendicat locum, unde est: *Prophetam vobis suscitauit Deus de fratribus vestris, tanquam me &c.* Et alibi: *Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, ceteraque huiusmodi.* Secundus autem celistrinus ac terroris obtinet loca, unde scriptum legimus, *Deus manifeste veniet.* Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Hinc ipse per Malachiam dicit: *Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & peruersis Israel.* Septimus modus est, qui geminam præceptorum retinet qualitatem, id est, vite agendis utique figuranda. Et quidem agenda vita præcepta nunc usque manent, ut est: *Diliges Dominum Deum tuum extoto corde, & proximum tuum sicut teipsum.* vel cetera talia, quæ etiam nunc euangelica autoritate seruari iubentur. Vite vero figuranda manifeste veritate transferunt, ut est circuncisio, sabbatum oblatio vietmarum, quæ sicut dictum est, cessante umbra in veritate spiritualiter peraguntur. Sed quia hi licet intus & foris scriptus fuisse alienatur, videndum est de his septem modis, qui debeant intus, qui forinsecus

Marcii. 13

HAYMO. IN APOCALY.

reputari. Primus itaque historicus, idemque simplex; nō hilum se mysticum retinens, totus est foris. Secundus allegoricus totus omnino intus. Tertius vero utriusque geminam in se continens formam, ex parte foris, ex parte deputatur intus. Quartus quoque de Deo, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, uterque sensus intus debet accipi. Pax dei exsuperat omnem sensum, & eius clementiam, qua de se figuratum multa narravit, nullus competenter attingit. Quintus porro in parabolis verborum diffusus, quibusdam etiam gestu literarum initas, & de peccatis & adulteriis hominum, vel prophetiam operum, vel secreta spiritualium sensuum multa praesignans, intus modis omnibus est repandens. Sextus etiam de gemino fakutoris aduentu, certis claret testimonij, foris in promptu positus, certis intus latet occultus, ut & dubitatione auferat, & fidèles exerceat. Septimus ad extremū in praecēptis autem vitæ agenda foris, in praecēptis autem viꝫ figurantibꝫ intus latet. Hoc modos ante redemptio-
nis quidem tempus absconditos, ipso vero redemptori tempore per Christū atque in Christo nouissimū reuelatos. Ex quibus S. Ambrosius luculēto & pulchro quā plura loquitur stylo. [Et vidi angelum fortē, prædicatēm voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?] Quis est iste angelus? Nimirū quilibet doctor veteris testamenti. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius quia angelus domini exercitum est. Angeli quippe veteris testamenti, id est, sancti prophetae & patriarchae requirebant anxie, quis posset legem spiritualiter intellegendam referare. Quid autem dicit, quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius, præposterior ordo est. Prīus enim dicit librum aperire, & sic signacula eius resolvi, cum prius signacula sint resoluenda, posteaque liber aperiendus est. Quid tamē ita factum est, quia prius Dominus librum aperuit, id est, scripturam veteris testamenti in se factus homo complevit. vnde ipse dicit: Non veni soluere legem, sed adimplere. & sic deum resurgens a mortuis reseruauit signilla, qđ discipu-

Malac. 2.

Matth. 5.

LIBER II.

Ils suis aperuit quā scripta erant de eo in lege Moysi & prophetis & Psalmis. [Ec nemo poterat, neque in celo.] id est, in angelis. [neque in terra.] id est, in hominibus. [neque in inferno.] id est, in animabus iam corpore exemptis, [aperire librum,] id est, mysteria scripturarum referare, quia necdum plenitudo temporis aduenerat, quando talia praeceps legis impliri flagitabat. Quid vero dicitur, [neque respicere illū.] Mirū est, cum de so lóannes dixerit superius, Vidi in dextera fedentis librum. Si enim nemo neque in celo neque in terra neque sub terra poterat respicere librum, quō ille poterat eum videre? Aut ubi fuerit, aut nunquid ei soli concessum est, quod nemini aut homini aut angelorum permisum est? Sed respicere hic positi est, pro eo quod est digne comprehendere. Quis enim, angelorū vel hoīm comprehendere potest, quō ille incircus spectus & viuificator sp̄is intra vterum virginis sit animatus? Quid ille post resurrectionē verū corpus & palpabile habens, clausi ianuis intra solidos parietes ad discipulos intraire? Nullus itaque qualiter a Dei filio compleretur ratione mentis poterat comprehendere, si cut & illud: Generationē eius quis enarrabit? [& ego s̄labam multum, quia nemo inueniens est dignus in terra aperire librum, nec videre eum.] Quārētū cum iam quando beatus Iohannes ista videbat, iste liber de quo supra dictum est, per mysterium nativitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, & aduentus spiritus sancti fuerit reuelatus, cur se fleuisse dicat: eo quod nullus sit inueniens qui librum posset aperire. Sed sciendum est quia non ex sua persona beatus Iohannes, sed ex persona parvum veteris testamenti flet, qui s̄labant desiderantes aduentum filii dei in mundum, quorum unus dicitur. Utinam disfrumperes celos, & venires a facie tua montes turbarentur. Vñ & dñs in euāgeliō discipulis: Breui (inquit) oculi qui vident quā vos videntis: dico enim vobis, quia multi prophetae & reges voluerunt videre &c. [Et unus de senioribus dixit mibi, Ne fleueris ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David aperire librum, & soluere septē signacula eius.] Per hunc seniorē quemlibet

[Isai. 53.]

[Isai. 64.]

[Matth. 13.]

HAYMO. IN APOCALYP.

54

bet patrem veteris testamenti debemus accipere, qui aduentum filii dei prænuncians, ceteris consolatione p̄ræbebat. Quorum unus dicebat: Non auferetur scepterum de tribu Iuda &c Et iterum. Salutare tuum expectabo domine. Dum enim ista diceret, ostendebat utique librum illum per aduentum filii dei referandum, unde & subiungitur: Ecce vicit leo de tribu Iuda &c. Leo appellatur Christus per significationem, quia vicit a mortuis resurrexit. Magnus propter victimationem, quia oblatus est pro nobis in cruce De tribu Iuda, quia videlicet ex semine Iuda descendit Daud, de cuius stirpe fuit beata virgo Maria, deque radix Daud appellatur iuxta quod Ilias dicit: Ereditetur virga de radice leonis, & flos de radice eius aſcedet. Ecce [inquit] vicit leo. Quid vicit leo iste, id est, Christus? Diabolum, mundum, mortem, & infernum. Ideoq; librum aperuit, & sigilla eius soluit, quia omnia prius prænuntiata de se venient in mundum implevit. Nec moueat quæmpiam quare non dicit vincere, cum sit vox precedentium patrum, quia sacra scriptura saepe preteritum ponit pro futuro, vt est illud: Foderit manus meas & pedes meos. Et vidi. Et ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum hagnum statim tanquam occisum.] Si- cut supra dictum est, hoc est thronus, quod quatuor animalia, hoc etiā seniori, quod quatuor animalia, & thronus, hoc est omnis ecclesia, in cuius medio est Christus, iuxta illud: Ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Superioris dicit Iohannes, quod viderit similem filio hominis ambularem in medio septem candelabrorū aurorum. Deinde quod viderit hagnum stantem, quod taliter est intelligendum: Ambulat dominus, quando dona misericordia sua suis eleélis tribuit, alii scilicet gratiam in lignarum, alii interpretationes sermonum. Sedet vero, quando singularum facta dirudicat, stat quando eos certantes adiuuat. Stare enim adiuuare est, unde & Stephanus inter manus lapidantium stantem illum vidit in celo. Recte autem non occisus, sed ratioccisus in ecclesia cernitur, quia etiā mortuus est ex infirmitate.

Psal. 2.

Zacha. 2.

LIBER VII.

te, viuit ex virtute Dei, vel certe in medio electorum suorum tanquam occisus stat Christus, quia quotidie in suis moritur eleélis, qui se mortificant cum vitiis & concupiscentiis. [habentem cornua, septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.] Quod per septem cornua, hoc etiam significatur & per septem oculos, id est spiritus sanctus, sicut ipse manifestat, cu subiungit. Qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Et cum unus si spiritus iuxta illud: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Dicuntur septem oculi vel septem cornua propter septiforme ipsius Sapientiae gratiam. Qui bene per septem oculos figuratur, quia suos electos illuminat discurrens, sicut Zacharias dicit, per vniuersam terram. Sed hoc considerandum, quia cornua in capite sunt, & carnem excedunt, deque per cornua eminentiores seculi intelligi possunt, qui valde ceteros præcellunt, & capitum Christi adhaerent, in quo etiam & regnum percepserunt. Nam per cornua etiam intelliguntur regna, sicut in Zacharia legimus, quia quatuor cornua. iiiij. sunt regna principalia. Hinc Paulus spiritus sancti munere quadam membris ceteris eminente propiciens ait: vos in carne non estis, sed in spiritu, ac si alius verbi diceret: Nequaque ut cetera corporis ossa circumdami, sed tāquam cornua super carnem & ossa erigimini. [& venit, & accepit liberum de dextera sedentis in throno.] Cum pater spiritus sanctus, & filius in diuinitate unius substantiae sint, quare dicit agnus accepisse librum de dextera sedentis. Propter hoc videlicet, quia qui agnus factus est tanquam occisus, ipse homo assumptus de deo, verbo non solù a patre accepit & spiritum sanctum, sed etiā diuinitatem ipsius verbi, quia cu accepit. Accepit autem liberum, quoniam ea quae de se erant predicta, opere compulsa. Et cum aperiret liberum quatuor animalia &. xxiii. senioris cederunt coram agno. Agnus liberum aperuit, quādo ea quae multo ante de se ipso fuerant prænunciata, opere implevit. Unde omnes sancti cognoscentes illum veraciter deum sicut deum, de quanta mysteria sunt prædicta cadunt, id est, humilia de se sentiunt, & ipsum imitantur. Unde & sequitur: [ha-

h

H A V M O. I N A P O C A L Y.

bentes singuli citharas & phialas aureas plenas odora
mentorum, que sunt orationes sanctorum.] In cithara
est lignum & chorda, sed tamen diuerso modo tenfa,
Per lignum ergo debemus intelligere crucem Christi, per
chordas ipsam carnem sanctorum. Tenduntur chordae
in ligno, quia sancti imitatur Christi crucem & passio
nem, iuxta illud Petri apostoli, Christus passus est pro
nobis, vobis reliquens exemplum &c. Sed tamen di
uerso modo tenduntur, quia non omnes aequaliter pa
tiuntur, dum aliis crucifiguntur, aliis decollatur, aliis vici
latur, atque aliis lapidatur, & cetera huiusmodi, sive
te sustinent tormenta, vnum tamen sonum omnes red
dunt, quia unam fidem omnes confitentur. Et sicut Christus
mortuus est pro illis, ita & ipsi moriuntur pro ipso.
Per phialas autem charitatis illorum latitudinem

Psal. 140. debemus intelligere. Vnde bene aromatibus plene fuis
te referuntur. Odoramenta quippe mundas significant
orationes. Vnde Psalmista. Dirigitur oratio mea sicut
incensum in conspectu tuo. Congruo itaque post citha
ras phialas ponuntur, quia prius dominus passus est, &
sua passione taliter offedit latitudinem charitatis, dum
pro suis oratione crucifixoribus, dicens: Pater, ne statuas il
lis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Habent
itaque sancti citharas, qui imitantur passionem Christi,
habent & phialas, quia non solum pro amicis, sed etiam
pro iuris orant inimicis, sicut legimus in Actibus apo
stolorum de Stephano, qui politis genibus orabat, dis
cens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Aroma
tibus coparantur ipsa orationes sanctorum, quia null
almagis grata potest esse oratio, quam ea quae pro ini
mito funditur, ut domini preceptum implieatur, quod
dicit, Dilige inimicos vestros & cetera. [Et can
tabunt canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine
accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam
occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo.] Can
ticum nouum, nouum est testamentum in quo noua reg
continetur, incarnatione scilicet eius passio, mors, resur
rectio, ascensio ad celos, missio spiritus sancti in quo
etiam sub gemino precepto tota lex comprehenditur

Luc. 18.

Actu. 3.

magis grata potest esse oratio, quam ea quae pro ini
mito funditur, ut domini preceptum implieatur, quod
dicit, Dilige inimicos vestros & cetera. [Et can
tabunt canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine
accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam
occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo.] Can
ticum nouum, nouum est testamentum in quo noua reg
continetur, incarnatione scilicet eius passio, mors, resur
rectio, ascensio ad celos, missio spiritus sancti in quo
etiam sub gemino precepto tota lex comprehenditur

& prophetæ, ipso dicente: Mandatum nolum do vobis. De hoc cantico Psalmista dicit: Cantate domino
canticum nouum, cantate domino omnis terra. Hoc eum Psal. 95.
tunc sancta ecclesia cantat quia hoc iugiter recolit, &
talia eum pro se peregrine cognoscit. Ipsius quoque ope
ribus hoc confitetur, dum in nomine eius fonte baptis
matis regeneratur, seque cum vitis & concupiscentia
mortificatur, spe & fide cum illo resurgit, & ad cœ
lestia subleuitur, dono spiritus sancti locupletatur, ad
iudicium pariter se cum capite suo venturam proficit
tur. Quid autem ipsa animalia & seniores dicant, au
diamus: Dignus inquit, es domine deus noster acci
pere librum &c. Accepte Dominus librum, & signa
cula eius soluit, quando factus homo ea que de te fu
erant praedicta, opere impletuit. Vnde in euagelio legi
mus, quia cu[m] fusillet acutum, dixit, Consummatu[m] est,
omne felicit[er], quod in me oportebat fieri. Vtq[ue] ad mortem Iohann. 13:
tem ac si dicenter, Ad comparationem victoriau[m] nostra
rum tua sola digna iudicatur victoria, cuius singula[m]
passione, de mortis principio a maledictione legis redem
pti sumus. Si quis autem dubitauerit in quatuor anima
libus vel in antiquioribus senioribus totam ecclesiam
posse comprehendere, sicut supradictum est, attendat isto
rum Verba, quibus dicitur, Redemisti nos deo, quia capti
ui tenebamur a diabolo. [Ex omni tribu] id est, ex omni
ordine, quia sicut supradictum est, tribus a tribus dicu
tur ordinibus: [& lingua] quia cum sint septuaginta
duas linguae, ex omnibus his ad fidem sunt collecti, qui
fuerant prædestinati: [& populo] quia plures sunt po
puli quam linguae utique cum una lingua multæ gen
tes loquuntur, sicut Romani, Itali, Franci, Burgundio
nes, Aquitan, Gotthi, licet quasdam vnaqueque gentes ha
beant proprietates. Quod autem subiungit, & nationes
id ipsum est quod præmisserat. Et populo, quia videlicet
nullum est genus hominum, ex quo in ecclesia non co
prehendatur. Non enim est apud illum personarū distinc
tio, sed in omni gente qui timeret eum, & operatur iusti
tiam, acceptus est illi. Et hos non vili pretio, sed suo rede
mit sanguine, vnde Apostolus, Empri[m] estis pretio. Cor. 6:

HAYMO. IN APOCALY.

magno. [& fecisti nos deo nostro regnum & sacerdos-
tes, & regnabimus super terrā.] Omnes electi reges ap-
pellantur, quia tyrannidem vitiorum in se confusore
non finunt. Luxuria appetitum frenant, ignem furor is
extingunt, & cetera huiusmodi tentamenta in se con-
fusore volentia obruiunt. Sacerdotes quoque dicuntur,
quia seipso quotdie in ara cordis sacrificium contribu-
latum offerunt, vt hostia viva fiant, sc̄ cum vitiis & cō-
cupiscentiis mortificantes. Hinc Paulus dicit: Obsecro
vos per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra
Rom. 12. hostiam viuetem, sanctam, deo placentem, Dumque hoc
faciat super terrā reges existunt, quia carnaliter & defi-
deria terrena cōspicunt, & veluti super subiecta terra
lege virtutis regnant. Quae utique electorum ecclesia, sicut
redēpta est a Christo, ita in illo qui eā redēxit potesta
tem ut librum aperiret accepit. [& vidi & audiui vocē
angelorum multorum in circuitu throni & animalium &
seniorū.] Quod hæc visio tota spiritualis fuerit, hic ma-
nifestissime lohānes ostendit, cum dicit: Et auctiōne voce
angelorum multorum, Nec enim vox videri potest, sed
videre possum est p̄ intelligere, sicut in Exodo legit:
Exo. 20. Videbat populus voces, id est, intelligebat. Sic enī sole-
mus & nos dicere cuiquam aliqui offendere cōpiētes,
vtrum videat, id est, utrū intelligat ea quae dicim⁹. To-
tus quippe vīsus vel auditus lohānis, in spiritu fuit, at-
que ideo spiritualis. In hoc autē loco quod significat ani-
malia, throni, & seniores, hoc significat & angelii, id est
omnes sanctos. Nec solūmodo illi appellantur angelii,
qui alios docēt, sicut episcopi, presbyteri, & ceteri, sed
etiam oīs iusti, qui bonum quod intelligūt, alii manife-
stare strudēt. nā & idē lohānes dicit in suo euāgelio, quia
quotquā crediderunt in eū, dederūt eis potestate filios dei
fieri. & P̄falmista: Ego dixi, dīs etiis. Idē quoq; in euā
gelio dñs ait: Vos autē qui dīs etiis, quē me esse dicitist. Si
ergo sancti, filii dei vocātur, nec solum filii dei, sed etiā
dei, quid mirū si appellātur angelī? De his quippe ange-
lis Itaas dicit, Angelī pacis amare stebunt. & Zachā-
rias, Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legē requi-
runt ex ore eius, quia angelus dñi exercitūm est, Iste in

LIBER II.

circuito throni & animalium sunt, quia ipsi sunt thros-
ni & animalia, ipsi quoq; angeli & seniores. Possumus
& hos angelos intelligere super nos spiritus, qui in cir-
cuito ecclésie consūnt, p̄fam̄ custodiunt, iuxta illud
a apostoli: Nonne omnes sp̄s ministratorij sunt, missi in Hebræ. 7.
ministerij, ppter eos qui hæreditatē capiūt salutis? non
dubiu est em quod de reparatiōne humani generis ipsi
quoq; angeli sunt latēti, qui prius homines a suo con-
fortio deputabāt extraneos. Vnde nato dñs, affuit mul-
titudo militis coelestis laudantium deum & dicentiū,
Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bona
voluntatis. sicut hoc de hominibus sanctis sicut de ecclē-
stibus spiritibus dicatur, offenditur multitudo innume-
rabilis, cum subiugitur: [Et erat numerus eorum millia
milliā, dicētū voce magnā.] Si enim certum nume-
rum posuisset, summam eorū exprimens, & dicere de-
cem milia, aut centū milia, aut si quid huicmodi, vti-
que finitum offendetur numerum. Tale quoq; legimus
in Danielis volumine, qui dicit: Millia millium min-
istrarū ei. Innumerabilis utiq; numerus angelorum,
numerabilem significat multitudinem electorum. Tot
quippe homines sancti ascensuri sunt in cœlū, quot ibi
remanerunt angelī pereunte diabolo, quoniam in omni
bus angelorum ordinibus, ipsi sancti locum habebunt.
[Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem &
diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honore
& gloriā & benedictionē.] Qui appellatur leo proprie-
tatem, ipse appellatur agnus propter innocentiam
& simplicitatem, & quia in sacrificium est oblatus. Di-
gnus est accipere virtutem, vt eadem scilicet virtus &
fortitudo, quæ est in verbo, sit & in homine assumptio,
vt omnia possit deus & homo. Et diuinitatem, quia in
ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
Et sapientiam, vt sicut omnia sit verbum ante secula
a patre genitum, ita sciat ipse homo in unitate perfōng
verbo coniunctus, nec quicquam sit quod eū latere pos-
sit. ipsa est quippe dei virtus & dei sapientia, sicut di-
xit Apostol⁹: Qui eti crucifixus est ex infirmitate, sed 2. Cor. 3.
vniuit ex virtute dei, vnde Apostolus: Etsi noueramus
hūj

HAYMO. IN APOCALY.

Christum secundū carnem, sed iam nunc non nouimus. Quid autem prēmissa virtute, sp̄ientia, & diuinitate, fōtūtudo subiungitur, reperit sententia est, cum hoc sit virtus quod fortitudo. vbi adhuc subditur: Et honor & gloria & benedictionem subaudis, dignus est accipere, honorem felicitatis in resurrectione, gloriā in ascensione, benedictionem, quia subleuat ad dexteram paternę maiestatis benedictiū, id est, laudat ab omni sua creatura. Dignum est enim, ut hōanitas filii dei quæ tanta sustinuit cruciamēta, post sp̄uta, post alaps, mortem sepulturā, resurgat, & in dextera patris colloctetur, & ab omni creatura laudetur, adoretur, & glorificetur, atq; benedicatur. [& omnem creaturā quę in cōsilio est, & super terrā, & sub terrā, & quę sunt in mari, & quę sunt in eo, dignę est accipere.] vt videlicet ipsa humana, as omnī possidat in cōcelo, id est, in angelis, in terra, in hominibus, sub terra, in inferno & in mari, & que sunt in eo. Hoc est quod ipse dominus resūngens a mortuis, dicit: Data est mihi omnis potestas in cōcelo & in terra. & Apostolus: In nomine Iesu omne genu flectatur cōcelstium, terrestrium, & infernorum. Possumus & mare allegorice intelligere hunc mundum, in quo comprehenduntur centū quinq; agitatrices pīces, quibus cōprehenditur numerus electorum. [Omnes audiū dicentes sedent super thronum & agno Benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum.] Omnes id est, animalia, senioria, & angelos, audiū dicentes sedenti in throne, deo patri, & agno, filio eius. Quo in loco cum persone patris & filij, omnimodo ponatur, ibi pariter & spiritus sanctus intelligitur: quia vbi filius & spiritus sanctus, ibi etiam sine dubio comprehenditur & pater. Hoc itaq; nunc sancta ecclēsia generaliter facit quae in his animalibus, senioribus, & angelis demonstratur, quia laudat cretorem suum, cui soli debetur honor, benedictio, laus, & gloria in secula seculorum. [Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt, & adoraverunt viventem in secula seculorum.] Sicut sepe dictum est, hoc sunt animalia quod seniores, id est, totum corpus ecclēsiae. Quā-

LIBER II.

obrem & seniores cum animalibus Amen respondent, & animalia cum senioribus adorant & cadunt. Vnde enim eademque ecclēsia diueris vocabulū figurata, & deum collaudat, & ipsam fidem interposito AMEN veram esse confirmat, & cum quem vero laudis praēcomito attollit, cadens humilietur adorat. Quod sit autem iste casus & hēc adoratio, supra iam exposuimus, Sequitur:

CAPUT VI.

 Tū vidū cum aperūset agnus vnum ex septem sigillis.] Apertū sigilli, reuelatio est sacramenti. Verum per septem sigilli, sicut supradictum est, plenitudo mysteriorū absconditorū designatur, quæ latebat ante aduentum domini. Quę cū multa sint, & multimodis prenūciata, vt ait Apostolus, Multe faciā multi, sc̄ modis olim de loquē patribus in p̄phebus, possunt tamen vniuersa tribus modo cōprehendēti locutio, one actione, & opere, veri gratia: Ecce venio, locutio est: In capite libri scriptū est de me, cognitis estis premissa locutio; Christū demōstratis, de quo p̄pheta: Ecce veniet desideratus cū tūs gētibis. Nā & in capite Genesios de eo dicitur, quod in principio, i. in filio, fecerit deus celū & terrā. Quod id filius de se ostendit in euāgeliō, dicens ludus: Ego principiū qui & loquor vobis. Actione, cū sequitur, vt faciat voluntatem tuā deus meus. Quā operationē idē quoq; filiū tuā esse ostendit, cū in euāgeliō loquitur dicens: Meus cibus est vt faciat voluntatē eius qui misit me patris. Ceterū vt breuiiter dicamus, tunc agnus septē sigilli nobis aperuit, quādō pro salute nostra, sicut erat in scripturis fanētis de eo promissum, & nasci & mori & a mortuis resurgere, nec nō ad celos ascendere volunt, & se ad cūlum venturū esse prēdicti. Vnde & refurgere a mortuis, aperuit discipulis sensum vt intellegent oīa quae de ipso cōtinebantur in scripturis sanctis, dicens, quia sic oportuit pati Christū & resurgere a mortuis. Inde est etiam quod discipulis spiritum sanctum se missum promisit, qui eos doceret omnia, & qui eis quę ventura

Aggei,

Iohan 4:

li iii

Mat. 18,
Philip. 2.

Hebrei.

HAYMO IN. APOCALY.

erant annunciat. [Et audiui vnum ex quatuor annis malibus dicetem tanq; vocem tonitruit, Veni & vide.] In hoc loco vnum animal primiputum ecclesiam significat ex iudeis, de quibus scriptum est, quod vna die crediderunt tria milia, alia quinq; milia, & deinceps multa milia. Iohannes autem ecclesiam sequentem. Dicit ergo angelus iohanni, Veni & vide, quia videlicet ecclesia primitiva sua doctrina & praedicatione iniuitat ecclesiam sequentem, dicens, Veni ad fidem scilicet Christi, non gressibus corporis, sed fidei & mentis, & transiens a mystico legis & prophetarum eloquio ad cognitionis intellectum, & vide ea que ante sunt predicta, iam aperte completa. Hinc est illud, Audi filia & vide. Audi scilicet praedicta, vide completa. [Et ecce equus albus, & qui fedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona.] Per equum album debemus intelligere corpus dominicum ab omni peccato mundum per sefitem illius, diuinitatem verbi, quae nunc utiq; super hunc equum ascendit, quando verbum dei carnem & animam sibi intra uterum virginis coniunxit. Vnde ipse per Psalmista loquitur ad deum patrem, ut iumentum factus sum apud te &c. Per arcum duo significantur testimonia, ex quo tunc procedunt sagittæ, quot sunt diuina eloquia. Sagittis enim interficiuntur homines, & his sagittis diuinarum scripturarum interficiuntur reprobi, ut moriantur peccato, & vivant deo, vnde Psalmista Sagittæ tuae acute & cetera. His sagittis percussa fuerat ecclesia, quae dicebat: Inuenierunt me custodes, qui circueunt ciuitatem, percusserunt me & vulnerauerunt me. Per coronam vero quæ illi data est, possumus intelligere credulitatem omnium gentium in circuitu huius seculi commonantium. Surrexit enim a mortuis, praedicatus est ab apostolis, creditus a toto mundo. [Et exiit] Vnde, nisi aperio sigillo, id est, ex reuelato scripturarum sacramento. Tunc exiit de sigillo, quando sicur supradictum fuerat, incagnatus est, hoc est, quando verbum caro factum est. Exiit autem [vincens] diabolum, primum in seculo, vt vinceret deinceps illum in membris suis. Possumus

Psal. 44.

Psal. 75.

Psal. 44.

LIBER II

mus & per equum album intelligere generaliter uniuersalem ecclesiam, quæ dealbata est in baptimate, cui Christus praefidet, quæ dicit in Psalmo quinquagesimo Asperges me die hylopo, & mundabor: laubabis me, & super niuerum dealbabor. Specialiter autem equo albo ordo praedicatorum exprimitur, de quo dicit Abacuc, Ascende super equos tuos, & equitatus tuus fanietas es. Qui iure equi domini euocantur, quia dominus illis praesidens per illos vniuersas gentes circuit præcando atq; ad fidem suam colligendo, quando illi profecti prædicaverunt vbiq; de qua sessione etiam dominus dicit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vscq; ad consummationem feculi. Eques ergo qui sedebat, habebat arcum, quia per prædicationem doctorum sententias diuinæ verbæ Christi percussit corda gétulium, & interficuit in eis vitæ & peccata, ut posset refurgere sanitas virtutum. Corona autem secundum hunc sensum duplicitate potest intelligi: Vel victoria videlicet sanctorum de diabolo & persecutoribus huius mundi, vel etiam multitudo subiectorum fidelium, pro quibus ipsi remuneracionem æternæ regni percipiunt, sicut Apóstolus auditoribus dicit, Quod gaudium aut quæ corona gaudii mei, nonne vos estis? Exiit hi ordo prælatorum a iudea cum suo equite, hoc est, cum Christo sibi dicente, le in mundum vniuersum. Vincens pri mo diabolum in seipso, vt vinceret illum populi in aliis, quos ab idolatria traxerat ad Christi culturam. [Et cum aperiuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens: Veni & vide. Et exiit alius equus rufus.] sic ut superius per album equum intelleximus corpus Christi, hoc est, sanctam ecclesiam a peccato mundandi per baptismum & Christi passionem, sic in hoc loco per equum rufum debemus intelligere omne corpus diaboli, hoc est, omnes reprobos, quia sicut Christus est, caput omnium fidelium, & omnes fideles corpus eius in quibus ipse per fidem habitat, ita caput omnium reproborum est diabolus, & omnes reprobi corpus eius, in quibus ipse habitat. Equus itaq; rufus, antiqui hostis est corpus peccatis cruentatum, & animarum in-

Mat. vii,

Philip. 4.

HAYMO. IN APOCALYP.

Mal. 3o.

terfectionibus sanguineum. Quod enim fangus peccata significat, Psalmista manifestat, qui dicit, Libera me de sanguinibus deus deus. Ipsi enim reprobis peccatis sunt cruentati, & etiam homicidiis fodati. Vnde & per prophetam quibusdam dominus dicit. Cum clama veritas ad me, non exaudiens vos manus enim vestras sanguine plenae sunt. Hinc est, quod inferius bestia, *sua* per quam meretrix sedet, cocinea esse perhibetur. [Ecce qui fedebat super eum, datum est illi ut sumeret pacem de terra.] Data est diabolus potestas ut sumat pacem de terra, quando permittitur iusto dei iudicio, ut hoc possit facere. Tale est hoc quale & illud, Indurauit dominus cor Pharaonis, Norandum autem quia non de caelo, sed de terra auferit ille pacem. Ceterum quippe significat sanctos, quibus dominus ascensurus ad patrem, dicit, Pacem meam do vobis. Ab his non potest diabolus auferre pacem, quia ceteres sunt, & terrâ calcit, habentes principem pacis habitatorem, de quo Paulus dicit, Ipsi est pax nostra. De terra enim, id est, de terrenis ho- minibus sumit pacem, facitque eos discordes, & ceterorum diuinitus inter eos seminat, quoniam terra sunt, id est, terrena & transitoria immoderate ambient. De quo adhuc subiungitur. [Et ut inuicem se interficiant, datum est illi gladius magnus.] Gladius non corporeum debemus intelligere, sed spirituale, quo non tantum corpora, quantum animae iugulantur. Gladius enim hic intelligitur malo persuasio, locutio prava, deceptio iniqua, quo gladio duobus modis homines diabolus interficit, cum videlicet occulite mala suggerit per seipsum, vel etiam cum aperte iustos persequitur per membra sua, vnde in euangelio habemus. Cum dia bolus se misserit in corda iudee, ut tradaret dominum peium quippe gladio male persuasionis, ei in anima dominium ut tradaret, deinde persuasi ut semper ipsum interficeret. Vnde illa miser desperans, seipsum laqueo suspendit. Similiter quoque mulier, locutus est per serpentem, dicens: Cur deus praecipit vobis ne comedereis de ligno vite. Et per eam interfecit Adam: hoc est enim quod hic dicitur, ut inuicem se interficiant

Isaiæ. 1.

Ephes. 2.

Ioh. 13.

LIBER II.

*homines. Per membra sua etiam iugulat multos, & spiritualiter separando a fide, & corporaliter subtrahendo ab hac luce, sicut per Neronem, per Domicianum & ceteros. De talibus quippe Psalmista dicit, Exaggerum ut gladium linguas suas, & rursus, lingua eorum gladius acutus. [Et cum aperuisse sigilli tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & vide, & ecce equus niger.] Per equum in regnum omne corpus intelligitur diaboli, sicut & supra per rufum, quod fasciatum est nigredine peccatorum, semperque patitur eis, quia cupiditer deuorare alios, atque in malitia sue ventrem trahi. Et sic caput eorum nequaquam dicit Sufficiat, ita & illi nunquam satiantur. Vnde bene subditur, [qui qui fedebat super eum, habebat stataram in manu sua] Mercatores solent ferre stataram in manu, qui mercantur ea quæ libi placent, pensantque ea quæ dant & accipiunt. Sed diabolus pessimus est mercator, qui dat vilia, ut auferat pretiosam. Statera itaque perfida eius statua intelligitur, quia vitam inimorum mercari querit, ut suum eum saturare queat. Et ut hoc possit facere, prius eis quibus temporalia promittit, alimentum verbi de subtrahit, quo necatos in corpore suum assumens, famem malitiae sue augeat porius quam depelat. Dat vilia quæ dant & temporalia, & auferit pretiosam & aeternam, sicut Adas dedit pomum, & totum per illum in filii suis acceptum mundum. [Et audiui vocem tanquam in medio quatuor animalium, dicentium: Libustritici denario, & tres libubus hor dei denario, & vinum & oleum neleseris.] Hæc vox quam audiuimus Iohannes, vox intelligitur dei omnipotenti *Mat. 5.*, tis, quod adunatis ad fidem gentibus, a lectione electorum dominus antiquum adueniari compescuit ipsorum docuit, quemadmodum infestationem ipsius possent evadere, cum ait: Peccantiam agite & cetera. Apostolus quoque iussit, ut euntes baptizarent omnes gentes, donec teneas vitæ a cultura idolorum, ad verum dei conuertenter cultum. Tunc enim diabolus perdidit frumentum, hordeum, vinum, & oleum, id est, omnes fideles, scipioq; comedere paleas, vinacia bibere & amarum;*

Psal. 55.

HAYMO. IN APOCALV.

Vnde & ipsa vox subdidit, dicens: Bilibris tritici denario vno, subauditur: Valet. Sed prius ista iuxta literam sunt consideranda: Bilibris tritici ita intelligitur: Duo sextarij, & tres bilibres hordei sex sextarij. Et precepitur illi qui sedebat in equo nigro, hoc est, diabolo, ne frumentum tangat aut hordeum, quia duo sextarij tritici id est, bilibris denario vno valet: & tres bilibres hordei similiter uno denario. Sed iam nunc videamus quid ista significent: Licer omnis ecclesia frumentum sit: iuxta quod Apostolus dicit: Vnus panis, vnu corpus multi sumus in Christo, tamen specialiter hic frumentum debemus intelligere predicatoros virtuous testamenti, qui moluntur tribulatione praesentis vita, & excoquuntur igne passionis, & efficiuntur pulcherrimus Christi panis, cum imitantes, qui dicit de se, Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit &c. Vna ergo bilibris ex duobus sextarijs, quia solet homo vas habere, quod capit duos sextarios, intelligitur vna ecclesia ex duabus populis in vnum collectis, iuxta illud, Alias oves habeo quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fieri vnu ouile & vnu pastor. Sub duali autem numero comprehenditur propter duo testamenta, vel propter geminum dilectionis praeceptum. Bilibris itaque tritici denario valet, quia omnes sancti precioso Christi sanguine redempti sunt. Vnde Apostolus, Empti enim estis a precio magno. Vel per denarium possumus intelligere ipsum dominum Iesum Christum, quem accepturi sunt in remuneracione. Laborantes enim in vinea denarium acceperunt. Siue per denarium vita aeterna intelligitur, quae cunctis electis dabitur cum audiencie. Venite benedicti patris mei. Tres autem bilibres hordei, subiectos & simplices, significant auditores, qui sub tertiaro numero comprehenduntur, quia fides sanctae trinitatis ornantur. Vnum itaque est frumenti & hordei, quia et si alius a si fortitudine & dignitate praeceperit, tam omnes vno Christi sanguine sunt redempti. Et si etiam alius plus, aliis minus in vinea domini laborat, tamen vnum omnes post laborem denarium recipiunt. Et si enim erit ibi

I Cor. 10.

Johan. 10.

z Co. 6.

Mat. 13.

LIBER II

diversitas mansionum, tamen vna erit remuneratio: quia omnes in commune vnum possidebunt dei. Quod in se quis non habebit, habebit vtique in altero, quia erit ille Deus omnium in omnibus. Et vinum & oleum ne leseris. Quod superius significatur per frumentum, hoc hic intelligitur per vinum: & quod supra per hordeum hoc nunc per oleum, id est, omnes sancti in ecclesia generali. Recte enim per vinum & oleum ipsi exprimitur, quia sicut vinum & oleum ex multis botrys in prelo prae suis productur, ita illi multis tribulationibus istius viae premuntur, & in apothecis dominici cellarij conduntur. Et quia vniuersitatem baptizati in fide dominicae passionis, Et postea accepertum oleum spiritus sanctus, prohibet diuina virtus antiquum hostem ne eos laddrat, vt suadendo malo aliquando eos ad peccatum pertrahat. [Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quae animalis dicens, Veni & vide. Et ecce equus pallidus.] Qui superius per equum rufum & nigrum, ipsi designantur & hic per pallidum, id est, omnes reprobati ad pallorem eternae mortis venturi, mortuus enim proprie pallor accedit. Nec mirum si per equi pallorem mors exprimitur, cum etiam ipse sexus mors vocetur. Vnde subditur: [Et qui sedebat super illum, nomine illi mors.] Quo nomine diabolus intelligitur, quia inuidia diabolus mors introiuit in orbem terrarum, qui super eos fedet, qui pallidi sunt, hoc est, qui opera mortis habent: & cum ipsi sint mortui, etiam alios extinguere querunt, vnde & sequitur: [quia & infernos sequeretur eum. Ipsa enim bene] infernos appellantur, quia sicut infernos nequamquam dicit Sufficit, sed semper ad recipiendas animas sinum laxat, ita & isti mente dilatant ad ambienta terrena, nec tantum acquirere possunt quantum cupiunt. Vnde sequuntur diabolorum, id est, imitantur illi qui est caput omnis malitia, Vnde scriptum est, Imitetur illum qui sunt ex parte eius. Autor itaque mortis contra viuos pugnatur, super equum pallidum fedet, quia nimis rurum per officium corum, quos iam spiritualiter occidit, vitam electorum extingue reuerat. [& data est illi potestas super quatuor partes terrae interficere,

Sapien. i.

HAYMO. IN APOCALY.

re gladio.] Hic aperte demonstratur: quia singulis genibus deus omnipotens angelos secundum meritum suum præposuit, & sicut boni bonum, id est Michaelē præfecit angelum. Vnde est, Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester, ita malis malos angelos præposuit. Ideoque quatuor angeli qui quatuor regnum principaliis sunt præpositi, non boni fuerunt, sed mali. Data est illi potestas super quatuor partes terræ, id est, super omnes reprobos qui in quatuor partibus terræ morantur, in oriente scilicet occidente, aquilone, & meridie. Vel per quatuor partes terra, possumus intelligere quatuor regna principalia, Assyriorum videlicet & Chaldeorum; Medorum & Persarum, Macedonum atque Romano. Siue etiam quatuor partes terræ, in quibus potestas accepit diabolus, intelligamus haereticos, paganos, ludigos, & falsos Christianos. Sug has quatuor partes terræ, in terrenum hominum, per deuterium terræ inhabitantium habet potestatem diabolus, & cum his contraria vnam Christi pugnat ecclesiastam, quam ideo scindere non potest, quia sicut Christi est vniuersa iuxta illud, vna est columba mea. Et illi diuini, isti vero inueniuntur vniuersi. Interfecit vero has partes terræ gladio mala suggestionis, ut supradictum est. [Et fame] audiendi verbum Dei de qua fames Dominus dicit per Amos prophetam, Mittam in eis famem, non panis, non sitim aqua, sed audiendi verbum Dei, quo in loco questio oritur. Si Deus hanc famem immittit, quid peccat diabolus? Quia questione facile soluit, quia quod Deus facit iusti iudicio, diabolus facit in fussione & mala voluntate. [Et morte] Subiugans, darum est illi interficere homines, spiritua li scilicet atque interiori, & bestiis terra.] Bestiæ efferratos homines & bestiales significant, perquisi diabolus multos interficer, sicut fuit Nero, Domicianus, & certi persecutores sanctorum martyrum. de talibus dicit Apostolus, Crentes semper mendaces, mala bestiae & alibi. Si secundum homines ad bestias pugnauit Ephebi. [Ecce cum aperiusset sigillum quintum, vidi sub altare Dei animas imperfectorum.] In tabernaculo Moysi duo altaria fuerunt, prius scilicet ære cooper-

LIBER II.

tum sub diuino, vbi sacrificia cremabantur: aliud vero interius ante velum, in quo tantum sanguisponebatur & thymiana, & erat vestitum auro. Scilicet autem velo, arca quæ erat intra Sancta sauctorū, coniuncta est altari aureo, vt iam nulla esset distans inter alteram & arcam. Per hæc duo altaria, duo significantur populi: vnu scilicet per altare exterius, id est, carnalis in Iudeis, qui tantummodo per legis opera & sacrificia putant se saluari posse & iustificari. Per aureum autem quod erat interius: alter, id est, spiritualis patres utriusque testamenti, qui non per legem aut opera sacrificiorum se putant saluari solummodo posse, sed postius per fidem Christi futuri, quoniam sicut doctores spiritualiter legem intellexerunt, ita & faciebat illi prophetæ, scilicet patriarchæ, & ceteri, quod in die David aperte probare possumus, qui ab adulterio scis ne non posse purgari per legis sacrificia, dicebat: Si voluisses sacrificium, dediſsem utique, holocaustus Psal. 10, non delectaberis. Ideoque hoc fieri non posse confidemus, adiungit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Scendum vero quod altare illud aureum, de quo nunc agitur, prius quidem ante arcam erat, sed velum pendebat ante hoc & illud quod sanctum & Sancta sanctorum diuidebat. Inter Sancta sautorum vero erat arca, in qua duæ tantum erant tabulae digitus dei scriptæ per quam arcum Iesu Christus significatur, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae. Postquam vero verus pontifex venit, & velamen fecit, facta est arca & altare vnum, quia scilicet caput & membra, id est, CHRISTVS & ecclesia, vnum corpus sunt. Huius itaque altaris in hoc loco mentio sit, cum dicatur, Vidi sub altare Dei animas imperfectorum. Nam enim non duo sunt altaria, sed vnum quia Iesus Christus coniunctus est corpori suo. Ipse enim est altare, ipse sacerdos & sacrificium. Sacerdos, quia per illum munera nostra omnia Deo patri dirigimus. Unde & sacerdotes in singulis orationibus se per dominum exaudiri optantes, sub nomine ipsius suas finiunt orationes, dicentes: Per dominum nostrum Iesum Christum.

Cant. 6.

Amos. 8.

Tit. 2.

Dei de qua fames Dominus dicit per Amos prophetam, Mittam in eis famem, non panis, non sitim aqua, sed audiendi verbum Dei, quo in loco questio oritur. Si Deus hanc famem immittit, quid peccat diabolus? Quia questione facile soluit, quia quod Deus facit iusti iudicio, diabolus facit in fussione & mala voluntate. [Et morte] Subiugans, darum est illi interficere homines, spiritua li scilicet atque interiori, & bestiis terra.] Bestiæ efferratos homines & bestiales significant, perquisi diabolus multos interficer, sicut fuit Nero, Domicianus, & certi persecutores sanctorum martyrum. de talibus dicit Apostolus, Crentes semper mendaces, mala bestiae & alibi. Si secundum homines ad bestias pugnauit Ephebi. [Ecce cum aperiusset sigillum quintum, vidi sub altare Dei animas imperfectorum.] In tabernaculo Moysi duo altaria fuerunt, prius scilicet ære cooper-

HAYMO. IN APOCALY.

stum filium tuum. Altare, quia semetipsum obtulit deo patri in ara crucis. Non ergo iam sunt duo altaria, sed una, postquam verus pontifex ingressus est Sancta sanctorum cum parte corporis sui. Et sicut illa iam cum illo sunt in re, ita & isti in spe. Itaque ipsae animæ occisorum sunt altare, & tamen subtilis altare sunt, quia per omnia coequari capiti suo non possunt: quia ipse est deus, illi homines: ille dominus, isti servi. Ideoque & altare sunt capiti suo coniuncti: & sub altare, quia non illi per omnia coequantur. Alterius, ipsi qui sunt altare, subtilis altare sunt, hoc est, sub se, quia nondum peruenierant ad eam gloriam ad quam venturi sunt, quando erunt similes angelis dei. Diu nunc quippe est adhuc desiderium illorum, quoniam expectant resurrectionem corporis sui. Et sicut cum corpore & anima fertur Christo, ita cum corpore & anima remunerentur, quia reuera sic est dignum, ideoque, quia nequid ad illam dignitatem ad quam venturi sunt peruenierunt, sub se sunt, quia post modum maiores futuri sunt. Cum autem venerint ad tantam gloriam, iam non erunt sub se, sed in se. Quod tali exemplo cognosci potest: Ponamus quemlibet in monasterio nutritum, & postea abbatem constitutum, quadiu talis sub prioribus vivit, quasi sub se est, cum autem abbas fuerit electus, iam non est sub se, sed in se. Tali modo tunc iam anima fidelium sub se non erunt, quando anima simul cum corporibus in immortalitate gaudebit. Animæ occisorum, dicuntur animæ martyrum. Duo quippe sunt martyrii genera in hoc mundo: unum scilicet apertum, quod fit in corpore, sicut martyrizatus est Petrus, Paulus, & ceteri. Alterum vero occultum, quando sancti ab impiis obprobria & irrisione & contumelias sustinunt. De his duobus generibus martyrij dicit dominus filii Zebzedij. Potestis bibere calicem quem ego biberitus sum? & deinceps. Calitem meum bibetis, cum unus illorum fuerit decollatus, alter in pace vitam finiet, & tamen non sine martyrio fuerit, quia multa obprobria & aduersitates per Christum sustinuit. Vnde legimus eum in Actis

bus apostolorum flagellatum cæteris, quando ibant gaudi, Actus 5: dentes a conspectu concilii, & propter verbum dei, & propter testimonium quod habebant, illud est verbum de quo Iohannes, in principio erat verbum. Cui verbo quia habebant illud in corde, testimonia etiam proferebant in ore, iuxta illud, Corde creditus ad iustitiam, Rom. 10: ore autem confessio fit ad salutem. Vel quia verbum dei gestabant in corde & ore, offendebant testimonium in opere, nolentes idola colere, & propter hoc interficiebatur vel aperto martyrio, vel occulto, dum eos simulators & hypocritas esse dicebant. [& clamabant omnes] qui apertum siue occultum martyrum fuerant perpetui. [voce magna, dices:] Vt quequo domine, sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Quemodo oritur in hoc loco, cur sancti iam cum domino manentes, vindicant de inimicis expectant, cu[m] dominus in euangelio dicit, Diligite inimicos vestros, & orate pro persequenti bus & calumniantibus vobis? Sed sciendum quia illi sunt Lucæ 6: eti iam in conspectu creatoris sui consistentes, vident voluntatem illius, & ideo ab ipso accipiunt, quod eum velle facere nouerunt, & de ipso bibunt, quod ab ipso sicutum. Petunt autem vindictam de inimicis duobus modis. & hoc causa charitatis, ut scilicet qui ad vitam aeternam predestinati sunt, conuentantura a malo ad bonum. Qui vero præscente deo damnandi sunt, moriantur & peccare defissant, ut post hoc minorem penam in inferno habeant, vbi unusquisque secundum qualitatem operum sustinebit magnitudinem penarum. Quod petere viri charitatis est & misericordie. Non autem putandum est, quod illi in corpore modo vocem emitant, sic ut nos qui aereum flatum in sollem ventris trahimus per organum gutturis, sed vox illorum desiderium est ipsorum. Et tanto magis quisque illorum clamat, quando magis desiderio flagrat de hoc Psalmista ad dominum. Desiderium cordis eorum audiuit, auris tua. Petunt autem de reprobis vindictam, quia oportet venire diem extremi iudicij, & resurrectionem mortuorum corporum prestatoli. [Et date sunt illis singule sto-

HAYMO IN APOCALY.

le albe] Per stolas alias intelligere debemus mercedem baptismi, præmium martyrij, mercedem eternorum & gaudium cœlestis patriæ. Habent ergo ante resurrectio nem sancti singulas stolas, quia in sola anima æternis beatitudinibus adhuc perfruuntur, postea autem accepti sunt duas, quando recipi corporibus immutabili. **Iaiaæ. 61.** les erunt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Iaiaæ, In terra sua duplicitia possidebunt. [Et dictum est illis ut requiescerent tēpus adhuc modicū, donec impleatur numerus conseruorum & fratum eorum.] Dictio ista, inspiratio est diuina, qua mentibus illorum defiderantibus diem iudicij, immittitur virtus patientie, & patienter ferant omnia, expectantes numerum illorum, qui similiter interficiendi sunt pro Christo, cā eis postmodum regnaturi, ut qui desiderant recipere sua corpora, gaudent ex numero colligendorum fratrum. Tali modo loquitur Deus omnipotens sanctis: veluti quilibet pater familiæ habens multos filios, singulisque de agro reverentibus, & rogantibus ut cibum sibi tribuat responder: Refecto quidem vestra parata est, sed ex parte fratres vestros, ut cum in unum positi fueritis, omnes in commune comedatis, & eplemini gaudentes. [Qui interficiendi sunt sicut & illi. Jvel aperto scilicet martyrio, vel occulto. [Et vidi cum aperuisset sigillum sextum, terremotus factus est magnus,] Quid hoc loco per terramotū debemus intelligere nisi validissimā persecutionem qua futura est temporibus Antichristi. Unde bene non simpliciter dixit: Terra motus factus est sed cum additamento: Terra motus factus est magnus, quia sicut dñs dicit, talis erit tunc tribulatio, qualis nō fuit, neq; fuit ex quo homines esse conceperūt. [Et sol factus est niger sicut fucus cilicinus] Cilicio peccatores homines & rei induantur. Sol autem Christum significat, de quo scriptum est: Vobis tunib[us] nomine meum orietur sol iustitia. De quo etiam impii dicti sunt genitores. Et sol iustitia nō luxit nobis. Fiet itaque tunc sol tanquam fucus cilicinus, quando hi in quorum cordibus lucabit Christus, pro nihilo ducentur, & veluti peccatores & rei interficiantur a ministris Antichristi. Alter: Sol ipsos

LIBER II.

significat predicatores, quibus dominus dicit, Vos effixi lux mundi. Qui vtique tunc hanc tanquam fucus cilicinus, quia celabunt coram impio quicquid habebunt laudes & virtutes. In illis quoque obscurabitur sol, qui timore concussi, ova blanditias delimit, negabunt Christum, & ad tenebras erroris deuoluentur. [Et luna tota facta est sicut sanguis.] Luna ecclesiam significat, quia tunc tota fiet sicut sanguis, quia non in uno loco, sed in omnibus mundi partibus persecutio Antichristi contra ecclesiam gravabitur. [Et stelle celi cediderunt super terram.] Cœlum est sancta ecclesia, de qua dominus dicit, Cœlum mihi sedes est. & Simeon, Anima iusti fides sapientia. Stelle ergo celi sancti sunt, qui in tenebris istius vitæ lucent, veluti infirmamento stellæ. Qui tunc vtique de cælo cadent, quando sub illa persecutio validissima, fide recedat, qui prius habet etiā & operibus iusti videbantur lucere in terram cadent, quia terrenis delectationibus inhaerentur, & ex ipso amore terreno ad iniquitatem ruerunt. Vnde subdatur. [Sicut fucus mittit grossos suos cum a vento mouetur.] Licer fucus in euangelio synagoga significat, specialiter hic omnem ecclesiam significat, de qua tunc cadent, qui in fructuosi fuerant, & a bonis operibus valet. Grossus enim fici appellatur fructus primi temporis qui antequam veniant ad maturitatem, vento confusci cadent in terram, ita & illi qui neccum peruerunt ad maturitatem honorum opem, & vacui sunt, concussi vento, id est, extrema persecutione decadent in terram, hoc est, in terrenas delectationes. Qui vetus bene magnus dicitur, quia ut supradictum est, persecutio illa etiam electos occupabit. [Et cœlum recessit sicut liber inuolutus.] Quod est cœlum est & liber, id est, sancta ecclesia, quia dū deum habet habitatorem, habet quoq; & dei legem scriptam, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalis. Intendit autem quod ipsa ecclesia sicut liber inuolutus recessisse dicitur, in libro enim inuoluto quid interior continet, non videatur, nū ab illis quibus voluntarie aperitur, Sic nimurum sancti illius temporis & suis se manifestabunt

HAYMO. IN APOCALY.

& extraneis se celabunt, sicut legimus in passionibus

Iohā. 4. sanctorum martyrum. Cuius videlicet membra iohannes alloquuntur, dicens: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt.

Recedet autem ecclēsia in suis electis a reprobis, non abscessu corporis, sed fide & operatione, iuxta illud: Egredimini de medio eius

Isaīæ. 52. populus meus, & immundum ne tetigeritis. [& omnia mons & insule de locis sui morte sunt.] Per mon-

tes in hoc loco debemus intelligere prēciosos sanctos in ecclēsia constitutos, qui ceteris eminent, sicuti mon-

saīæ. 58. tes planitatem terræ transcendat ad quos pertinet illud,

quod dominus per prophetam dicit: Sustollam te super

altitudinem terræ, qui mouebuntur, non ut a fide rece-

dant, sed corpore & animo atque opere recessent a so-

cietate reproborum, audientes illud prophetæ, sicut su-

prædictum est: Exite de illa populus meus: hoc est, de Ba-

bylone, quæ peccata significat, & societatem malorum.

insula quoque ecclēsia significat, quia sicut insule tun-

dūt flutibus, ita ecclēsia fluctibus persecutionis istius

Isaīæ. 60. vita tunduntur, de quibus per prophetam dicitur: Me in illa expectabant, & brachium meum sustinebunt.

Quæ similiter sicut & montes separabūtur, dum a ma-

lis fide & operatione disiungentur. [Et reges terra, &

principes & tribuni, & diuites, & fortis, & omnis ser-

uos & liber absconderunt se in speluncis & petris mō-

tum.] Reges sunt, qui corpora sua bene regere noue-

runt, ne felicitas virtutis infolebat, ne penititia succidat.

Principes autem sunt minoris dignitatis sancti, qui nō

omnibus ut reges, sed tamen quibusdam pro conceisis

virtutibus resistunt. Tribuni vero, qui adhuc minoris po-

testatis quā principes, & ipsi inquantum praevalent, cō-

tra vita carnis dimicant. Diuites quoq; nō opibus, sed

bonis operibus vocantur. Vnde A postolus admonet di-

uites fieri in bonis operibus, fortis, nō corporis virtute,

sed animi. Seruus, qui coniugio obligatur: Liber quoq;

a coniugio & a peccatis absolutus isti omnes vltima per-

fessione deprehensi, fugient, & abscondent se in spe-

luncis & petris montiū, id est, suffragia sanctorum ho-

minum & angelorum expertent. Ad hos montes nouis-

LIBER II.

suma perfectione comprehensos hortatur fugere domi-

nus in euangelio, dicens: Tunc qui in iudea sunt, fugient ad montes [& dicent montibus & petris] id est, ange-

lis & hominibus. Qui recte montes appellantur, quis terrena despiciunt, & celestia contemplantur. Recte pe-

tra, quia a Christo qui est petra, rebatur. [Cadite su-

per nos, & absconde nos a facie sedentis super thronū,

& ab ira agni.] id est, misericordia animū in flectit, &

nos p̄s veltris intercessionib⁹ adiuuat ab ira iudican-

is, [quoniam venit dies magnus ire iforum.] id est, dā-

natio reproborum [& quis poterit stare?] id est, nullus.

Si enim sancti illius iram tunc timebūt, & angeli quo-

que timore cōfidentur quis nostrum sustinebit, in quo

& iustus vir salubritur? De hoc tempore propheta di-

cit: Dies illa dies ira Possumus & hac in contraria par-

tem intelligere. Montes enim sape in sacro eloquio su-

perbos significat, vnde est illud Isaīæ: Super monte cali-

ginofun leuitate signi, in quibus verbis Balthasar volute

intelligi, infidelitatis & impietatis nebula cooptum.

Insulae autem appellantur, qui secularium negotiorum

fluctibus quartuntur, & instabiles sunt. Iste tales moue-

buntur a bono ad malum, a fide ad infidelitatem, ut cu-

piditatem suam possint implere. Quia etiam sub paciē

pore non solum exterorū substantiā precipiant, sed etiā

in morte propinquorū gaudent, atque eorum bona in

fuis vſus concurrunt. Reges autem principes, ac tribu-

ni, iuxta qualitatē graduum, omnes reprobos signifi-

cant, maiori scilicet dignitatis homines, mediocres, &

minores, qui timentes amittere regna & honorē, dum

viderint Antichristum regnare & membra illius, trāsi-

bunt ad eos & mouebuntur ad malum, vt eis parcant,

& diuitias non amittant. Diuites quoque appellantur

peccatis, qui omne malum quod voluerint implere, li-

bere poterunt, nec in malo aliorum auxilio indigebunt.

Fortes similiter in malo intelligimus ad, miscendā fē-

licit ebrietatem, vel ad fidem aliorum subvertendā. Se-

ui peccato seruientes sunt, quia qui facit peccatum, ser-

ui est peccati. Liberi a iustitia, i alieni a iustitia, vnde

Paulus: Cum serui essetis peccati, liberi fuisti iustitiae, Roma. 6

HAYMO. IN APOCALY.

Ist̄ orines imminentे futuro iudicio, current ad auxiliū demonum, cum desperati ad sanctiorū quēlibet non prae sumēti accedere, dicentes: Cadite super nos, & abscondite nos ab ira sedentis in throno, i. modo libera te nos, quia in vobis haec tenus confisi sumus,

Luc. 23;

C A P U T VII



T post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angeli terræ.] Quatuor angelī stantes sūper quatuor partes terra, p̄incipes sunt, p̄a positi sūg quatuor régni: p̄incipalia, Assyriorum vī-
delicet & Chaldeorum, Medorū & Per-
sarum, Macedonum & Romanorū. Super hāc quatuor
partes terra, stabant quatuor angelī nequam, quia eos
ad sui seruitij dominum inclinauerunt. [tenentes quā-
tuor ventos terra, ne flarent super terram, neque super
mare, neque in vīlā arbore.] Quid sunt quatuor an-
geli, hoc sunt & quatuor venti, id est, quatuor dæmones
p̄incipitaliter super quatuor regna tenentes. Vnde in
Danielis volumine legimus, quod quatuor vētū pugna-
bant in mari magno, & quatuor bestiæ consurgebant
de terra, quæ sunt p̄afata quatuor seculi regna. Tene-
bant ergo angelī quatuor ventos, id est, seipso in suis
membris. Quia enim diabolus & omnes iniqui vnum
corpus sunt, profectio & in angelis & in vētū ipse in-
telligitur. Ipsi angelī tenebant quatuor vētū terra, ne
flarent super terram, quia quatuor dæmones singuli re-
gnis pralatit, ita tenebant omnem subiectū populum
ut nullus alicuius fiatū regionis auderet contra eos
emittere, aut mutire cōtra illos, & verbū veritatis effla-
re aduersus idola, ut diceret: Nō sunt idj, qui hominū
manū efficiuntur, sed sunt simulacra ad nihilum vīlia.
In terra autem diueritas prouinciarum, in mari vero
innumerofitas designatur insularum: Per arbores quo-
que intelliguntur homines singuli, quia ab vñueris, ita
redit ad specialitatem, quia ipsi dæmones oēs homi-
nes in his quatuor regnis degētes, pro suo tenebāt altrī,
eos seruitio. [Et vidi alterum angelum ascendēt ab
ortu solis, habentem signum dei viuī, & clamauit voce

LIBER II.

magna quatuor angelis, quibus datū est nocere terre &
mari, dicēs: Nolite nocere terra & mari, neq; arborib⁹] Ifaic. 9.
Alius angelus dñi significat Iesum Christū, de quo scri-
piū est: Vocabitur nomen eius magni consilii angelus.
Ab ortu solis ascēdit, q̄a tertia die resurrexit a mortuis,
& sua resurrectione totū mōdū illuminauit per euā-
gelicam doctrinam. Vnde Psalmista dicit, Qui ascēdit Psal. 57.
super occasum, dñe nomen eſt illi. Vnde ergo ab ortu so-
lis, & p̄cepit quatuor angelis, ne noceret terra & ma-
ri, quia surgens a mortuis, prohibuit dæmones a laſio-
ne eorum, qui ad vitam aternam sunt p̄destinatū. Vnde
de ipsa quatuor regna sibi subdidit, & ad noctū &
ad cultum vniuersi dei perduxit. hinc est quod Nabucho-
donosor vidit lapidem p̄aſſilum de mente, qui percul-
fit statūm in ferreis pedibus, & comminuit pariter au-
rum, argētum, & æs. In auro enim intelligitur regnum
Assyriorum, in argento Medorū, in ore Persarū & Ma-
cedonum, in ferro regnum Romanorum significatur.
Christus enim natus de stirpe Iudaica, sioe operi mar-
tiali, per p̄adicationem. A politorum perculit extre-
mitatem regni Romahorum, & tūc p̄aſta omnia ſe-
culi regna contriuit, quæ illi erāt ſubiecta. Lapis autem
crevit, & ſuscitatus est in regnum, quod in aeternū nō
diſſipabitur. Vnde & ſubditur, quoadiſque ſignemus
feruos dei nostri, in frontibus eorum.] Vbi intuendum
quia cum ſuperius vnum angelum ſe vidiffere dicit Johā-
nes, ipse angelus nūc pluraliter loquitur, dicēs: Quid ad-
uif signemus, ergo ſelicit & apofolio mei. Quid em̄
fecerunt apofoli, ipſe Christus fecit, qui in ipſis habi-
tat, juxta illud: Ecce ego vobiscum ſum usq; ad cōſum-
mationem ſeculi. Signum hoc, quo ſignātur omnes ser-
ui dei in frontibus, ipſum ſignum eſt sancta crucis, quod
fidēles in ecclesiā duplicit, in corpore ſelicit & ani-
ma portant. In corpore ſelicit, quia ſignantur in fronte
in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. In anima ve-
ro, quia Christi paſſionem imitantur, crucifigentes ſe
cum vītis & concupiſcentiis. Vnde in veteri teſtame-
to p̄ceptum eſt, ut ſuper vtrunque limen de ſanguine
agni ponerent, quia nō prodeſt hoc ſignum exterius
i. iiiij

Mat. vlt.

HAYMO. IN APOCALY.

quiquam, nisi ipsum quis accipiat & interius. fide est enim si non habeat opera mortua est. Dicit ergo: Nolite nocere terra & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. ac si dicceret. Nolite sedere illos qui ad vitam eternam sunt praordiati ante omnia secula. vnde Apostolus, Qui elegit nos ante mundi constitutionem in adoptionem filiorum Dei. [Et audiuimus numerum signatorum centum quadragintaquatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israhel] In hoc loco finitus ponitur pro infinito. nec pertinet solummodo ad duodecim tribus filiorum Israhel, sed ad omnem ecclesiam, qua per hunc numerum comprehenditur in suis electis, quod etiam natura ipsius numeri demonstrat. Ternarius enim summum bonum significat, id est, sanctam trinitatem. Quaternarius vero sacratus est similiter propter quatuor libros euangelij. Vel propter quatuor flumina paradisi, sive etiam propter quatuor partes mundi, seu propter quatuor virtutes principales. Sive igitur ducantur tria per quatuor, siue quatuor per tria, duodecim faciunt, qui & ipse sacerdos est propterea duodecim tribus Israhel, & propter duodecim apostolos. Milletarius enim numerus perfectio nem significat: quia saepe propter viuenteritate ponitur. Vnde est, Verbi quod mandauit in mille generationes. Ecclesia igitur, quae trinitatis notitia ex viuenteritate generationibus aggregatur, quatuorque paradisi fluminibus irrigatur, & in quatuor mundi partes diffunditur, recte in duodenium millib[us] figuratur. sed si meo credidit per fiduciam, necesse est ut duodenarius millium numerus quadruplicetur. Ducantur ergo duodecim milia per quatuor, & quadraginta octo milia fiat. Ut vero quod credidit, ad trinitatis contemplationem pertinet, tursum quadraginta octo milia, tali multiplicent, & de se centum quadragintaquatuor milia reddantur. Nam & centenarius numerus, quia lata transfertur ad dexteram, generali significat sanctorum numerum, qui in perfectione operis inueniuntur, in dextera sunt collocandi. [Ex tribu Iuda duodecim milia signati] Manifeste in hoc loco ostenditur, non nos debere hic carnalem ac-

Psa 140.

LIBER II.

cepere generationem, per hoc quod non secundum ordinem nativitatis sue filii Jacob ponuntur in hoc catalogo. Nam Iudas qui hic primus ponitur, utique quartus loco natus est. Gad quoque hic est tertius, ibi octauus inuenitur. Similiter de ceteris est intuendum. Quod quare factum est, ipsa nominum interpretatio manifestat. Iudas quippe interpretat cōfessio sive laudans, in quo ecclesia comprehenditur, qua de peccatis prateritis paenitentiam agit, & a laude creatoris non cessat. Confiteor enim equum verbum, & pro cōfessione ponitur & pro laude. Vnde dominus Confiteor tibi pater cæli & Mater. Et Psalmista, Confiteor tibi domine in toto corde meo. [Ruben] dicitur videns filium. Et in hoc loco ipsam ecclesiam significat, quæ filios, id est, bona opera videt. Vnde est, Videgas filios filiorum tuorum. Filius quip Psal. 127 p[ro] filiorum intelligitur remuneratio operū. Spiritualis itaque est ista profapia, quia & in luda præcessit initium confessionionum, & in Ruben succedunt incrementa virtutum: qui si primus posuerit, ordo nativitatis sua confonderetur. Prius enim recessimus per cōfessionem malis deinde proficuum ad subsequentia bona, ut in formemur recte & placitis. Post Ruben recte ponit[ur] Gad, qui tentatio interpretatur, quia bene operantes solet, probare tentatio: vnde cuidam dicitur, Quia acceptus eras domino, necesse fuit ut tentatio p[ro]baret te: Et quia contra easdem tentationes diuina virtute precidi, fortis existunt, recte idem Gad accinctus vocatur. Vnde Psal. 17. Psalmista, Præcinxisti me virtute ad bellum. Et quia sancti clauso ostio orant patrem, & sua opera inquantum possunt fauori humano celant, ut qui videt in abscondito ei reddat. Recte etiam conuenit quod idem Gad latrunculus dicitur. Et quia illata tentatio probatos coronat, congrue post Gad, A seru[us] ponitur, qui beatus interpretatur. Vnde est, Beatus vir qui suffert temptationem. Certi autem sancti de ista promissione, non solum patienter illata sibi perferunt mala, sed etiam in ipsis tribulationibus constituti a latitudine charitatis non recedunt, atque idcirco post Aser [Nephthalim] ponitur qui latitudo interpretatur. Per illud enim mandatum

HAYMO. IN APOCALV.

Psal. 11. curent, de quo Psalmista dicit, Latum mandatum tuum
numis. Et quia per hoc amplissimum dilectionis praecip-
sum gradientes, ex qua retro sunt obliuioni tradunt,
& in ante se extedunt, secperegrinos. in hac vita esse
cōspicunt, id eōq; & mēdicos se esse fatentur, iure post
Tertius angelus tuba cecinisse, & vidi stellam de celo cecidisse in terram. Hec stella ut supra dictum est, diabolus significat, qui se transfigurat in angelum lucis, unde quibusdam apparenza dicit se esse Christum, sicut beato Martino. De hoc ergo cœdit, hoc est, de numero angelorum, Vel de celo, hoc est, de ecclesia cadit quotidie, quando ex gentilitate quidam conuertuntur ad fidem, sive ex parentibus Christianis nati, fonte baptismatis regenerantur, & diabolos renuntiant, & omnibus operibus & pompis eius. In terram cadit, hoc est, in eos qui terreni sunt. Non enim in celo, id est, in sanctis potestate habet. Et data est ei clavis putei abyssi. Quid per abyssum, nisi prava designatur corda reproborum peccatis tenebrofus? De hac abysso dicitur in Genesi, Tenebrae erant super faciem abyssi. Per puteum autem hereticis intelligitur, qui sua prava doctrina & profunda homines in una terræ demergunt. Clausi vero putei abyssi, potestas intelligitur dia boli, qui dominantur hereticis, pagani & ceteris infidelibus. Legimus enim quod Petro data sunt claves, id est, potestas ligandi & soluendi, ita ergo in hoc loco cla-

Gene. 1.

HAYMO. IN APOCALY.

uis,qua data est diabolo, potentia intelligitur, quā exer-
cit in reprobos. Quæ illi data esse dicitur propter hoc,
quod non est ablata, sicut induratum est cor Pharaonis,
id est, non emolumentum. & aperuit pectus abyssi.] Quia
ipse inspirat heretici, ut tenebras sua doctrinæ profes-
rant ad decipiendum quos possunt. Ipse hoc facit, quia
eo instigante fit. Sicut per clavem possumus intelligere
potentiam carnalem, id est, reges & principes huius se-
culi, quos sibi coniungebant heretici, quia non auerter-
tanta & talia loqui, nisi temporali essent potentia fulti.
[& ascendit fumus pure.] Id est, prauorum hereticorum
doctrina manifesta: est. Quæ bene fumo comparatur,
quia lumine veritatis careret, & quod sanctis in scriptura
sacra lumen præberet, hoc hereticis cecidat infun-
dit, qui etiam alijs fidei lumen obscurare non cessant.
[sicut fumus fornaci magne.] Fornax autem magna
nouissima est vexatio tempore Antichristi futura, de
qua videlicet fumus egreditur, id est, aduersa doctrina:
quæ mentes persecutum in caliginem vertat, cui fumus
putetur comparatur, quia sicut nunc & eo amplius error,
ita tunc seminabitur ab impio, vnde dicit: Erit tribula-
tio qualis non fuit neque fuit. Qui in loco quo sit ori-
etur, quare dicatur fumus puteti similis fumo fornaci ma-
gna, si enim tunc tribulatio erit, qualis non fuit, quando
dono nunc si nisi est doctrina hereticorum doctrina at-
richeristi? Sed sciendum quia illa persecutio & falsa do-
ctrina antichristi & ceterorum ex parte simili erit, ex
parte dissimili Similis erit in perfectione sanctorum
in errore mendacium, dissimilis vero in hoc quod tunc illi
miracula facturi sunt, cum sint falsi doctores, quod isti
facere non possunt, ideoque immanior erit illa, quia per
vitram decipiet. [& obscuratus est sol & aer.] Id est
ecclæsia, quia quod per solem, hoc significatur per aeram,
& hoc in tercia parte sui, id est, in omnibus reprobis est
intelligendum ut supra. [De fumo puteti] id est, ha-
reticorum doctrina. [Exierunt locustæ in terram.] Disce-
puli scilicet errors nati sunt, qui terrena corda hominum
deciperent. Nam locustæ neque rectos gressus habent, vt
quædam alia, neque volatæ vt aves, quia discipuli be-

LIBER II.

ticorum vel ipsi heretici neque reclam habent fidem
vt volent, & ecclæsia cu[m] sancti petat, de quibus Isaia dicit, Quæ sunt isti qui vt nubes volant, neque rectos
gressus operationis, vt cu[m] Psalmista dicere possint: Sta-
tut supra petram pedes meos, & dixit gressus meos.
Salutem dant locustæ, & videntia quæque corradat, quia
illi per iactantiam eleuantur, & animas quas possunt que
virorem fidei habent, necant. & data est illi potestas, si-
c ut habent scorpiones potestate terræ. Potestas nocen-
di scorpionis in cauda est. Per hanc enim percutit & ve-
nena diffundit. Scorpio quoque in facie est blandus, sed
occulte cauda percutit. Tales sunt heretici, qui falsis ve-
ra permiscent, vt faciliter auditores decipiant, sicutque ve-
neno malæ doctrinae decipiunt simplices, de quibus Psal-
mista ait: Sepulchrum patens est guttur eorum. Et sacra
scriptura testatur, quia propheta docens mendacium, ip-
se est cauda. [& preceptum est illis ne ledent fenum
terra, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi
tatum homines qui nō habet signum Dei in frontibus
suis] Superius dictum est, quod omne fenum viride co-
bustum est, quod in sui tercia parte intelligitur. Ergo
hic fenum in bonam partem ponitur. Significat enim
laetentes, qui nō possunt capere solidum cibum, sed ve-
luti animalia, literæ superficie delectantur, quibus Apo-
stolus ait: Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed
quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac potū
vobis dedi, non etiam. Omne autem viride, intelligun-
tur proficients, qui iam possunt intelligere & capere
quod Iohannes dicit, In principio erat verbum. Porro ar-
bores perfecti quique & fortes acq[ui] fide robusti sunt
quoniam hi tales refectionum vétos perferre possunt, &
firmitate perdurant de quibus Psalmista: Plantā-
ti in domo domini, in atris domus dei nostri florebunt.
Sed & hic a toto pars intelligenda est, vt supra, q[uod] duas
sunt partibus permanebitis in ecclæsia, a quarum læsi-
o ne prohibetur locutæ, tercia, pereat. Vñ & statim in sub-
iugitur, nisi triū hoīes, qui nō habent signum dei in frontibus
suis, subaudi digne, quia nō solū excluduntur illi q[uod] extra
ecclæsia sunt, i pagani & iudici, sed etiā falsi Christiani, q.

HAYMO. IN APOCALY.

signum portant in corpore, qui baptizati sunt, & in eccl^{esi}a cōsūlūt, sed tamen fidem quam habere videtur operibus maculat, id eoque lēdūt. Tale est illud: Qui manducat carnem meam, & bibut sanguinem meum, in me manet, & ego in eis. Cum multi eadem sacramenta percipiante, in quibus nō habitat Christus, quia non ad salutem, sed ad iudicium suum māducant & bibunt, ideoque rei sunt corporis & sanguinis Christi. Et alibi dicitur sub eodem sensu. Nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, cum v̄tique multi eam tātum verbis fatcantur, sed habētē formam pietatis, virtutē eius abnegant, qui confitentur se nosse deum, facti sunt autē negant. [& datum est illis ne occideret eos.] Ad superiora respicunt illa, id est, ad finem, ad omne viride, ad arbores, quae in bonum intelleximus, & a quorum morte & lēsione prohibitæ sunt locuste. [sed vt cruciarietur membris quinque.] Per quinque menses intelligitur omne præsens tempus, a domini scilicet ascensione usque ad finem seculi, in quo heretici & ceteri infideles & impii aduersus ecclesiā graftantur. Nam quia quinque riūs numerus ad quinq̄ sensus corporis pertinet, recte per quinque mētes omnia præsens tēpus intelligitur, quia tandem impii sancti nocere possunt, quandiu quinq̄ sensibus corporis subsistunt. [& cruciatu^s corū ut cruciatus scorpīi cū pēcūtiū hominem.] Sicut enim scorpio a posterioribus vēnēa diffundit, ita illi reprobi ius quæ cito transeunt, & in præsenti relinquuntur, atque ideo posteriora nūcupantur nocēt, & hoc in cauda, id est, in potestate huius seculi, vel minus quolibet confringentes, vel commodis blandientes. [Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inueniēt eam.] Dies isti quibus electi querent mortem intelliguntur ab ascensione domini usq̄ ad finem seculi. Specialiter autem fiet hoc tēporibus antichristi. Homines in hoc loco accipimus sacerdotes & eccl^{esi}arū p̄cipitos, qui cū viderint tēpore illo tantum prauratis dogma consurgere, sicut ex parte iam factū est tēporibus hæritorum quærent mortem, quia sc̄i*cer* optabunt in ei contemplatione consistere, vt sint mundo mortui,

LIBER II.

& omnibus seculi actionibus, & vivant Deo. Sed ista quæribus fugiet mors ab eis, quia in solubile vinculum regimini astriget illos, nec poterūt gregem sibi commissum relinquere in ora luporum, ne forte damna grēgum super eos reuertantur, & illis in peccatum repescatur, si eos errare aut perire pro sui quiete perimerint. [& cupient mori: & fugiet mors ab eis.] quia sancti vi^ri, vt dictum est: inter scandalū huius seculi secreta conuersatione deo per contemplationem in hærcere cupiunt sed propter aliorum lucra quibusdam occupatiōib⁹ in certamine desudant. Nolentes itaque vivere: sed dilatam mortem propter aliorum salutem æquāmīte ferunt: attendentes illud Apostoli: Non que sua sunt singuli quærentes: fed quæ aliorum.] Et similitudines locularum similes quis paratis in prælium.] Quis affilavit omnes hæretici propter velocem vbiq̄ discurrsum: quia totum subito replebunt mundum. Locutus vero propter vacuitatem, in prælium vadunt: quid contra fidem rectam elec*torum* pugnant. & sicut lumen & Mābres restiterunt Moyūs ita & isti resistēt vēritati: & quanvis iuxta rationē subsistere aduersus prædicatores nequeant, semper tamen irrationē biliter veritati resistunt. [Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.] Superius dictum est de senioribus, quod habebant coronas aureas in capitulo suis, per quas trium phis vīctorie illorum significatur. Isti autem non habent coronas, sed quadam figurā tāquam coronas, nec sunt aureas, sed similes auro, quasi scilicet quoddam fastatis figuramentum, quia videlicet ipsi se vīctores simulant, & dignos remuneratione, sed nec coronas, nec ex auro habent, quia vt Apostolus ait, habentes formā pietatis, virtutem eius abnegant. [& facies earum subaudi locularum, sicut facies hominum erant.] Quia homo est animal rationale, per faciem hominum rationalitas eorum intelligitur, quia h̄ec sunt seductores eorum, tamen etiam multa vera dicunt, & dialectici sunt ceteralique artes liberales sciunt. [Et habebant capitulos sicut capillos mulierum.] Fluxus mulierum in capsillis esse dinoscitur. Vnde Apostolus: Mulier si comā

18

52 de
Ogde
madr
madr

HAYMO. IN APOCALY.

nutriat; gloria est illi. Per capillos ergo mulierum, effec-
minatos illorum animos intelligere debemus & lascia-
uos, quia sunt homines sibi placentes, & suas voluptas-
tes sequentes. Siue per faciem hominum & capillos mu-
lierum, vterque sexus intelligitur, quia illi non solum
deceperunt viros, sed etiam mulieres. Quia enim hære-
tici ad hoc ut locustæ saliunt, ut equi discurrent, & ta-
men in omnibus veritati resiliunt, recte illorum opinio
fætor esse describitur. Vnde & ipsa mulieres defende-
bant eos, sicut foros Constantini, quæ Arrium reuocau-
erunt ab exilio; & sicut Iustina quæ candide Arrianam doctri-
nam defendit contra Ambroſium, & alia multa. Locustæ
ergo facies humanas, & capillos mulierum habent, vt
in hæretica perfida vterque sexus sit. [Vt ita dixerim]
neque applaudat, taceat atque defendat. Posſunt etiam
per capillos mulierum ipſi intelligi, quos hæretici dece-
perunt, animos scilicet habentes fidelicutes, & molli-
tudinem femininarum flexibilis. [& dentes eorum] subaudis
locustarum ut leonum erant.] Dentes leonum habent
ianuatum, & fætorem naturalem. Tales erant hæretici,
qui animas hominum interficiebât, & malam famam
de se emittebant. Et sicut bonis Christi prædictoribus
conuenit, Christi bonus odor sumus, sic con contrario istis
erit pro suavi odore fætor. [& habebant loricas sicut
loricas ferras.] Per loricas obſtruita & duræ perver-
ſorum hominum corda monſtrantur, quia sicut homo
lorica munitur, ne ierbis telorū uiuenteretur, ita illi sua
obſtruatione munitur, ne sagittæ veritatis ad corda illorū
veniant, & ita defendunt perfidiam, sicut fideles
veritatem, siccq; mendacio dediti, contemnunt obedire
veritati. Et notandum quam apta sit hæreticorum in ſin-
gulis ſpeciebus cōparatio, qui & in locustis elati & va-
ni, & in caudis ſcorpionum venenati, & in equis laſci-
ui ac vani, & in humana facie ſimilatim callidi, & in
capillis mulierum moribus incompofiti, & in dentibus
leonum fætidi, & in loricas ferris de notantur per-
fidii. [Et vox alarum eorum sicut vox curruum equo-
rum multorum currentium ad bellum.] Quod superius
per caudas, hoc designatur hic per alas locustarū, id est,

LIBER II.

potentia hæreticorum, vel doctrina electa, quā ipſi eli-
gitur. Quarum vox etiam bene ſimilis dicitur: curribus
equorum currentium in bellum. Nam currus quando a
ſtabulis prodeunt, diuīſi ab iniuncto & ſeuncti inde
re ſolent vſquequo ad locum certaminis, venientes co-
iungantur, & pari voto pugnant: Ita & hæretici ſeniori
ipſos diuidunt, & contrarios ſibi errores proferunt, ver-
bi gratia: Photinus negat Christum ante Mariam fuli-
ſe, fed ex ipſa initium dicit eum ſumpſiſe, & verū cor-
pus habuisse. Contra, Arrius dicit eum ante ſecula na-
tum, & creaturam eſe. Similiter & ceteri varijs mē-
dacijs inueniunt errores valde ſibi contrarios, ſed quan-
tum inter ſe diſſident, rāmen vñanimitate contra vñita-
tem ecclesiæ pugnant, [& habent caudas ſimiles ſcor-
piorum, & aculei erant in caudis earum, & potestas ea
rum nocere hominibus mensibus quinq[ue].] Per caudas,
ut ſupra dictum eſt, potentia temporalis intelligitur,
per quam noceat coniungentes ſuo errori principes hu-
iis ſeculi. Verum quod ſuperius fuerat pretermiſſum
de caudis ſcorpionum, hic adiungitur cum dicitur, Et
aculei in caudis eorum. Quid fit aculeus in caudis locu-
ſtarum, Paulus exponit cum dicit: Vbi eſt mors vičto-
ria tua, vbi eſt aculeus tuus? Stimulus autem mortis pec-
catum eſt. Conſtat ergo quia omnis illorum potentia
& error & peccatum eſt. Quod ſequitur, potestas ea-
rum nocere hominibus mensibus quinq[ue], repetita ſentē-
tia eſt, per quā präſens vita iterato exprimitur. Et ſu-
pra quidem potestatem locustæ accepitſe referuntur, ve-
mensibus quinq[ue] homines cruciarent, nec eos occideret.
Hic vero eorundem mensium numero nocere homini-
bus facultatem habere perhibentur. Quod vñiq[ue] de
bonis, hic vero de malis intelligendum eſt, quia & illo-
los cruciant, ſed non occidunt: iſtos vero non cruciant,
ſed nocendo perimunt. [& habebant ſuper ſerem angelum abyſſi.] Id eſt diabolus, qui eſt princeps
minus reproborum, ipſe eſt rex ſuper omnes filios
superbiæ, non quo ipſe hominem creauerit aut regat,
ſed quo ſuper eos dominationem exercet, quos ſibi
per peccatum feruos addicit, [cui nomen H̄braice

HAYMO. IN APOCALY.

labbadon, Grece autem apollyon, Latine autem habet nomen ex exterminans.] Quod in quibuldam codicibus invenitur scriptura abadon, vbi scilicet primum est a, sed falso scriptum est, & virtio scriptoris factū, sed primum ibi ponendum ī, & labbadon dicendū, sicut beatus Hieronymus dicit in Hebreis interpretationibꝫ. Quid sit autem Hebraice labbadon, Græce apollyon exprimitur cum subditur, Latine habet nomen exterminans. In his quippe nominibus diabolus intelligitur, qui homines exterminat, id est, extra patriam ecclesiem emitunt, qui audituri sunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Exterminabut enim iniusti, quibus hoc dicetur, id est, enierunt ab omni societate sanctorum. Legimus enim in euangelio, quod super crucē dominii scriptum fuerat Grece, Hebraice & Latine, quia ista tres linguaꝫ tunc vigebant: Hic est Iesus rex Iudeorum. Ita & hic nomen diaboli, qui nouissimo tempore perditum hominem ingreditur, quique se Christū esse mentietur, tribus linguis exprimitur. Qui recte exterminans dicitur, quia sicut Christo congregādi, sic diabolo cōgruit nomen exterminandi. Vnde est: Qui nō coligit mecum, spargit. [Vg vnum abit, & ecce veniunt adhuc duo v̄g post hec.] Legimus supra quod aquila volunt per medium colum, tria v̄g prædictis futura quorum vnum abusus describitur, in narratione p̄cedēti, vel in tribulatione qua facta est temporibus sanctiorū martyrum, adhuc vero duo restare dicuntur narranda, vel posteriore tempore sub antichristi adimplēda. [Et sextus angelus tuba cecinīt, & audiui vocem vnam ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei dicens sexto angelo qui habet tubam: Solus quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.] Altare significat ecclesiam, de qua fumus cōunctionis ad deū diriguntur. Bene altare aureum dicitur, quia profectio ecclesia iustorum sempiterna sapientia illustratur, de qua Salomon dicit: Accepte sapientiam sicut aurum. Rēcte quoq; ante oculos dei esse dicitur, quia superno respetū semper illustratur, vnde in psalmis dicit: Oculi domini sūp iustos. Huius alearis cornua sunt omnes pr̄-

LIBER II.

dicatores. Vnde & in veteri testamento sape legimus sanguinem super cornua altaris positum significat banū tur enim in hoc sancti martyris proprio sanguine persfundendi. Vnum hoc cornu altaris hic specialiter possum, debemus intelligere dominum lesum Christū mediatorē dei & hominum, qui præcepit sexto angelo, id est, omni ecclesiæ, vt soluat quatuor angelos, per quos quatuor regna principalia, & quatuor potestates illorū atque omne corpus diaboli intelligitur. Soluit vero ecclesiā quatuor angelos, id est, omnes dæmones in capite suo, a quo audiuit in Petro: Quocunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in celo. Quatenarius numerus sape p̄ viuērūtate ponitur, vnde & in fine seculi a quatuor ventis colli electi per angelos assumi p̄hibentur. Vel dicit ei solue, id est, soluēndos prædicēt pore antichristi. Modo enim ligati sunt, quia non possunt nocere quantum volunt, ex quo dominus veniens eis potestate abfūlit. Quo in loco considerandum est, quantum sacerdotes si soluti essent, qui modo etiam ligati tantum sacerdotes. Tale est illud etiam in euāgelio de fia cuad, quod dominus cultori dicit: Absced illam, id est prædicē abscondam. Nec enim apostoli abscederunt Iudeos, sed abscondendos a Romanis prædixerūt. Per flumen Euphratem, in quo angelī alligati sunt, potentia secularis intelligitur, quia in principiis huius seculi maxime diabolus habitat, & in eis regnat. Euphrates quippe fluuius est Babylonias, qui in multa flumina diuinitus, ingreditur Babyloniam Medi & Persi diuiseatur, hunc fluum in multis riuis, & per eius alueū ingressi sunt Babyloniam. Quod flumen sape in malam partem ponitur, In hoc loco vero, vt diximus, significat potentiam secularem, in qua diabolus alligatus prædicti sunt nouissima persecutiō, quia & impiis quantum vulnere permititur, vt sequo nouissima persecutiō adueniat. [& soluti sunt.] pro eo quod est soluentur [angelis] id est, dæmones & omne corpū diaboli. Qui parati erant in horam & diem & mensē & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.] Per horam dimidium annum intellige: per diem mensē & annum,

HAYMO. IN APOCALY.

annos tres, quibus antichristus saeuit aduersus bonos.
Ideo enim per horam, diem, mensiem & annum illud
tempus intelligi potest, quia & horis gradatim diem,
& diebus menses, & mensibus certum est annum ex-
pleri. Parati sunt d̄emones vt occidant tertiam partem
hominum, quia nimur noxendi opportunitatem sem-
per pr̄astolandum. Vnde nec immerito de locutis pre-
missum est, quod essent similes equi paratis ad pra-
lium. Tertia autem pars ita ut supra intelligatur. [Et
numeris equestris exercitus vices milles dena millia.
Et audiū numerum eorum.] In hoc numero omnis
multitudine intelligitur d̄emonum & hominum. Equi-
tes itaque in hoc loco debemus intelligere d̄emones, qui
malis pr̄adstant, & in eorum cordibus habitant. Vicies
autem milles nihil aliud est quam viginti milia. Tale
est illud: Non dico tibi Petre vsque septies, sed vsque
septuagies septies. Quod nihil aliud est, nisi septuagin-
taseptem. Quando enim numerus per nomen trahit, si-
c ut verbi gratia cum dicitur septies septuaginta, sum-
ma numeri multiplicatur, & efficiuntur quadringenti
nonaginta. Quando autem aduersari proferuntur ni-
hil aliud intelligitur, nisi quod ipse numerus sonat. Vnde
& in Genesi legitur: De Lamech vero septuagies
septies ultra dabitur. Vicies itaque milles omnes signi-
ficat reprobos: dena autem milia omnes sanctos, qui de
cem verba legis custodiunt. Et quin plures reprobri quā
iusti, duplex numerus reproborum opponitur contra
simplicem numerum iustorum. De ipsis enim electis di-
citur: Curris dei decem milia. Duplex quoque est nu-
merus reproborum, quia ex malignis spiritibus & re-
probis constat hominibus. Et contra simplicem num-
erum iustorum parvissimum, opponitur innumera-
bilis multitudine perfidorum hominum & d̄emonum.
[Et ita vidi equos in visione,] sebaudis, sicut dixe-
ram, & conscripsi. [& qui sedebant super eos, habe-
bant loricas igneas & hyacinthinas & sulphureas.]
Per fessores equorum, intelliguntur d̄emones, vel ma-
gistrorum errorum, hæretici scilicet & potentes huius secu-
ti, quibus pr̄asidet diabolus, sicut Christus electis, De

LIBER II.

81
quibus scriptum est: Ascendes super equos tuos, & equi-
tatus tuus sanctas es. In ipsis autem d̄emonibus vel er-
rorum magistris, intelliguntur omnes reprobri, & per
loricas penas & tormenta eterna figurantur, quæ a mi-
seris nulla prece sunt euacuanda. Dicent enim in infer-
no gementes Domine domine aperi nobis. Sed nō ideo
misericordiam muerent, quin potius audient: Nescio
vos. Quas penas inevitabiles non solum sustinebūt d̄e-
mones, sed etiam omnes reprobri. Hyacinthinas autem
posuit pro eo, quod est fumeas. Ex igne enim fumus es-
greditur. Hor etiam ipse color hyacinthinus indicat,
qui speciem aeris tenet, quia in inferno erit ignis inex-
tinguibilis. Erit & fumus qui miseros excabit, ne
veram lucem iam videre possint. Ex sulphureas, id est,
putridas. Erit enim duplex ibi pena, caloris & fri-
goris. Vnde lob: Ad calorem numium transire, ab
aquis nitium. Eris & fætor intolerabilis, quo cruci-
buntur igne & sulphure exusti, atq; a vermis come-
sti. Et capita euorum tanquam capita leonum.]
Quia & animas (vt supra dictum est) interficiunt, &
factorem malæ famæ de se emittunt. Per capita autem
equorum autores intelliguntur errorum, qui & fortæ
sunt ad conterendo infirmos, & cum se simulante esse
bonum ocrem, factores inueniuntur repleti. Ut
supra meminimus, os leonum & corpora dilaniat, &
naturellem factorem egerit. [Et de ore ipsorum pro-
cedit ignis & fumus & sulphur. Ab his tribus pla-
gis occisa est tercia pars hominum de igne & fumo &
sulphure, que procedebant ex ore ipsorum.] De ore au-
tem eorum ignis & fumus & sulphur egrediens, ter-
tiam partem hominum, occidit, quia videlicet malorū
prædicatio sequacibus suis eterna supplicia preparat,
qua recte tormenta impiorū vocatur, per quā ad illud
multitudine impiorum peruenit. Genus enim tropicæ lo-
cationis ab eo quod procurat, illud quod procurat,
ostendens. De ore illorum procedit ignis, quia pro il-
lorum doctrina hæc omnia ventura sunt eis, qui eam
suscipiunt. Cum autem in illam incurvant, tunc expe-
rietur quā amara mors sit, semp igne cremari, nec fun-

HAYMO. IN APOCALY.

datus mori, semper fumum pati, lucem nunquam vide-
re, super sectoribus repleri, suavitatis nihil adoleri. Ideo
q[ui] horrenda profus peruerorum sunt dogmata, qui-
bus peruenitur ad talia. [Potes[tas] enim equorum in o-
riplorum est, & in caudis eorum.] quia per suam pre-
dicationem peruersam suadendo decipiunt, & tempo-
ralibus potestatibus fulti, per ea qua retro sunt, exalha-
tur. Per caudam quippe ut supra dictum est, potestas
terrena exprimitur, quae in temporalibus rebus latetatur
qua postponenda sunt omnibus qui ad ea qua in ante-
sunt, se extenderent nuntiantur. In ore vero illud quod per
os sit intelligitur. Potestas ergo eorum in ore eorum est.
& in caudis ipsorum, quia quos non possunt decipere
per prauitatem erroris, decipiunt per principes huius secu-
li. Vnde subditur: [Nam caudæ eorum similes serpen-
tibus, habentes capita, & in his nocent.] Legimus in
Genesi, quod diabolus serpenter induitus [mulierem de-
cepit fraude male suasionis. Tales sunt & isti errorum
magistri, qui sua peruersa doctrina decipiunt quos pos-
sunt, & quia eos quos subuertere nequeunt per praui-
tatem erroris, opprimum per potentiam seculi, bene
caudæ illorum similes serpentibus dicuntur. Haben-
tes capita, per quæ principes huius seculi figurantur,
quos sibi heretici coniunguntur, ut catholicos a fide sub-
uertant. Vnde & alia translatio habet: Caudæ eorum
similes sunt draconibus. Per dracones quippe qui pene
immaniores sunt omnibus bestiis, aperte seculi defi-
gnatur potestas, quam Ezechiel ex persona domini
loquens ad Pharaonem regem Aegypti demonstrat
dicens: Ecce ergo ad te Pharaon draco magne. Et Iere-
mias ex persona Ierusalem de Nabuchodonosor: Co-
medit me, deuora me, absorbit me quasi draco.
Principum ergo [patrocinis] fulti magistri errorum am-
plius nocent, quam si solo sermone suaderent. [Et cæ-
ti homines,] id est, pagani qui non sunt occisi his plaga-
gi. Hoc est, non sunt decepti ab hereticis, ut in ani-
ma moriantur [nec] penitentiam egerint de operibus
manuum suarum, vt non adorarent demonia & simili-
laca aurea & lapidea & lignea, quæ nec videre posse-

LIBER II

82

sunt, necq[ue] audire, necq[ue] ambulare, & nō egerunt peni-
tentiam ab homicidio suis, necq[ue] fornicatione sua, necq[ue]
a furtis suis. Stuback, similiter peribunt igne, sulphu-
re, fumo. Ac si diceret: Et hi tales ad supradictum
pertinent numerum videntur. Hæretici quippe tantum
modo Christianos deciperant & ludæos, non tam
paganos sed quia ipsi non cognoverunt deum cum hoc
utriq[ue] possent facere per naturalem legem, similiter
damnabuntur. Vnde considerandum est, quia poena ple-
ctendi sunt, quia habentes dei notitiam, fidem & scien-
tiam & hæc omnia contemnunt, & illi etiam damnab-
untur, qui horum omnium nihil habuerūt, & solum
modo, quia per naturalem legem deum non cognove-
runt peribunt. Cum enim debuissent considerare & at-
tendere, vt creatorem cali terræ & omnium rerum co-
lerent & adorarent, relinquentes creatorem, ceperunt
adorare opera manuum suarum aurea & lapidea &
lignea, quæ necq[ue] videre possunt, necq[ue] audire, quia sp[iritu]s
ritus non est in eis. Et non egerunt penitentiam a suis
homicidiis, quibus interficiebāt multos, & sanguinem
filiorum suorum & filiarum suarum fundebant & of-
ferebant demoniis, necq[ue] a fornicatione sua duplice, vt
ab immunditia carnis cessarent, aut ab idolatria, ne-
que a furtis suis, quia sibi iniuciem unusquisq[ue] qua po-
serat, furabatur. De quorum profecto conuersatione
impenitenti, nunc operis intentio non finit
ampius loqui, præterim cum & hic
liber in longum protractus,
debiti finis terminū
expedit.

HAYMONIS IN APÓ-
C A L Y P S I M.

Liber tertius,



T vidi alium angelum fortē
descendentem de celo, amictū nu-
be, & iris in capite eius] Angelus
Christus est, nō ius paternā volū-
tatis. Et quia aeterna vita nō uis
nunquam aduenit, noua nuntiauit,
noua promisit, noua fidelibus suis
contulit. Vnde p̄ prophetam magni consilii angelus
dicitur. Huius sacerdotis mēbra sunt illi etiam, de quib⁹
bus scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiā.
In ea autē quod alium angelū Iohannes vidisse se dicit,
nō est rei diverstis, sed ordo visionis, & confertudo
recapitulationis. Alio enim angelum vidit, quia aliam
visionē sub alio intellectu enarrādā repetuit. Fortis
autē dicitur, quia ad bellādas venit aereas potestes.
De quo Psalmista in psōna angelorū: Quis est iste rex
gloria? Et respondet: Dñs (inquit) fortis & potēs, do-
minus potens in prōlio. Sed cum dñs ubiq̄ sit, iuxta il-
lud, Cœlum & terram ego impleo, & extra cœlum &
nō sit locus, quomodo descendit de celo? Ad quod pro-
culdubio dicendum, quia descendens illius nihil aliud fuit,
nisi humiliatus eius incarnationis. Nube autem amictus
apparuit angelus, quia nimis carne induitus, inter ho-
mines apparuit dominus. De qua propheta: Ecce domi-
nus ascendit super nubem leuem, & ingreditetur Egy-
ptum Super nubem quippe lœuem ascendit, quando car-
nem sine grauediū peccati assump̄it. Caput vero an-
geli diuinitatis intelligi: filii dei: iuxta illud: Caput Chri-
sti deus. Iris autem sicut & supra diximus grāce, la-
tine arcus dicitur, quia diversis coloribus in nube appa-
rere videtur, & est signum propitiacionis a tempore
diluvii positiū inter deum & homines. Tunc p̄ fit ar-
cus in celo, cum radis solis imbrifera nubes fuerint il-
lustrata, quia dum claritas lucis aeterna, & sol iustitiae

LIBER III

83
carnem assump̄it, reconciliatio facta est mundo. In ar-
ci quoq; duo sunt colores principales, ceruleus scilicet
& igneus, per quos duo iudicia significantur. In uno
scilicet diluvium præcedens in altero vero ignis sub-
sequens. Posthū & in arcu mysteria figurari baptisma-
tis, quo baptizamur aqua in memoria passionis filii
dei, sicq; percipimus gratiam spiritus sancti, de quo do-
minus dicit: Ignem veni mittere in terram. In capite
itaq; angeli iris erit, quia in potestate verbi propria-
tis filii dei constabat [& facies eius sicut sol.] Quia in
facie cognitio est hominis, per faciem angelī incarna-
tio filii dei intelligitur, quia nisi ille carnem assumeret,
nemo hominum illum cognoscere. Hanc manifestam
in facie cognitionem Psalmista oportebat fieri cum dice-
bat: Ostende faciem tuam & salui erimus. Non autem
vt sol iste visibilis facies Christi fulget, sed multo am-
plius, quia & de electis dictum est: Fulgebunt iusti sic-
ut sol in regno patrii sui. Et quidem erunt electi simi-
iles angelis, non tamen ita similes, quod æquales fi-
lio dei. Nam & in monte coram tribus discipulis trans-
figuratus, futura membra sua iam in seipo ostendit.
Sed non sine causa Christus soli comparatur. Sol quip-
pe habet ortum & occasum. Vnde Salomon: Oritur
sol & occidit, & ad locum suum reverterit, ibique re-
nascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilo-
num. Sol enim ortus est, quādō Christus natus est. Ve-
nit ad occasum, quando pro nobis mortuus est, sicutque
reditus ad ortum, quia eius humanitas ex passione mor-
tis, ad gloriam resurrectionis redisse probatur, ibique
renascens gyrat per meridiem, quia resurgens a mor-
tuis, calore fidei & spiritus sancti corda discipulorum
illuminavit. Iure enim illi meridies vocantur, in quibus
sol iustitiae ampliore spiritus infundit calorem. Per
meridiem quoque gyrans ad aquilonem flectitur, quia
ad colligēdā gentilitatem, apostolorum prædicatio-
ne perducitur, in qua frigidus vētus ille dominabatur,
qui in superbiam elatus, primus dixisse probatur. Po-
nam sedem meād ad aquilonem. Quodque subditur:
lustrans omnia pergit spūs, ad hoc pertinet, quod tog-

tus mundus prædicatione plenus esse ostenditur. Vnde est. Vox tonitru tui in rotâ, illuxerunt coruscationes tue orbi terræ. Et ad circulos suos reuertitur, qua post aggregationem gentium illuminabitur etiam multitudo Iudeorum, & cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Posuit & per faciem angeli membrâ, redemptoris intelligi, non qualia; nunc sunt in terris, sed qualia futura sunt in colis. Vnde est: Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Quia enim dominus & ecclesia una persona est, nō incôuenienter ipsa in facie angelî vt sol lucere perhibetur. [& pedes eius tanquam columnâ ignis.] Per pedes angelî prædicatores intelliguntur, in quibus per totum mundum incarnata dei sapientia ambulauit, de quibus dicit: Illi autem profecti prædicauerunt vbiq[ue] De quibus & dicitur: Quam speciosi pedes eua gelizantium pacem. Qui bene etiam columnæ & ignis comparantur, quia & more columnarum, super impostum ecclesiæ edificium portant, & spiritus sancto accēsi, corda auditorum ad amorem dei prædicando inflammat. Quia ergo ad prædicationem mittuntur, recte pedes, quia vero ad amorem dei illos quibus prædicat accidunt bene ignis, quia super edificium ecclesiæ cōstruuntur, apte columnæ vocantur. Quia enim columnæ sunt, testatur Paulus cum dicit: Petrus & Iacobus & Johannes, qui dicebânt columnæ esse, dexterâ mihi derunt & Barnabæ. Hinc & per Psalmistam dicitur: Ego confirmavi columnas eius. [& habebat in manu sua librum apertum.] Superior legimus quod vident librum signature sigilli septem, per quem vetus testamentum designatur, plenum multimoda obscuritate. Hic autem per libellum apertum iam nouum testamentum significatur, quod apertum est in manu dei. id est, operatione ipsius reseratum. Manus enim illa operatio est nostra salutis. Et quia in superiori libro noscuntur latuisse secreta, apte nunc in libello aperito noui testameti reuelata clarissime significatur gratia, ipse enim apparet in carne, qua intelligitur per faciem angelî ea que latebant nascendo, moriendo, a mortuis resurgendo, & ad ecclâs ascendendo aperit. [Et posuit pedem suum

87

dextrum super mare, sinistrum autem super terram.] Per dextrum pedem illa significatur membra, qua nul lus aduerteratibus franguntur, nec vallis successibus extolluntur, id est apostoli martyres, & ceteri, qui potestatem habent calcandi super omnem virtutem intimi. Tales super mare, hoc est super hunc mundum constituantur, quia omnes malorum persecutions perferunt & non succumbunt. Per sinistrum autem pedem qui supra terram ponitur, intelliguntur confessores, sicut Regnigius, Germanus, Martinus, & ceteri, qui pacis tempore vixerunt, nec publicum pertulerunt martyrium, quia super terram, hos est, solidita tem fidei sunt locati. Deus enim vicissitudines temporum disposuit in ecclesia, membra fortiora scilicet super fluctus maris, infra morsa vero super soliditatem terræ constituuntur. Sic & huius feculi principes, vbi fortior est impetus belli, fortissimos milites præparant, & clamauit vox magna quemadmodum cum leo rugit.] Leo cum rugit, omnes bestiarum timent. Et ipse in sua fortitudine ostenditur. Clamauit Christus, leo appellatus propter fortitudinem, siue per se, siue per suos prædicatores, cum dixit: Omnis arbor qua non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et iterum: Pœnitentiam agite, approquinabit enim regnum celorum. Et hac sua voce foritudinem suam demonstrauit, dum multis sibi subiecit, bestias quoque, id est, bestiales & feroci homines timore concuaserunt. Quid autem fecit Christus, fecerunt & eius apostoli, eterna tormenta prædicando peccatoribus, & feroci homines ad fidem illius sua doctrina convertendo. [Et, cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua, voces suas.] Quid per septem tonitrua, nisi vniuersalis ecclesia in suis prædicatoribus intelligitur septem spiritu repleta? Vnde & bene clamauit leo prius, ac postea septem tonitrua sunt locuta, quia videlicet prius prædicauit Christus, deinde Apostoli & ceteri doctores ad eius vocem profecti, prædicauerunt vbiq[ue]. Bene autem septem tonitrua voces suas loqui perhibentur, quia sancta prædictio non ludorum fabulas, non philosophorum nenia, non hæreticorum versutias in

HAYMO, IN APOCALY.

suis dogmatibus recepit, sed proprijs sensibus vt est edita, semet ipsam iam in auditorum cordibus per sanctos praedicatores diffudit. Possunt autem & in septem tonis truis specialiter Apolloli sancti intelligi, qui in rota huius seculi tonant, quia alta & profunda & obscura & terribilia loquuntur, vnde & eorum numerus ex partibus septenarii conficitur, id est, ex pari quaternario, & impari ternario. Sive enim tria per quatuor, sive quatuor per tria durantur, ad duodenarium numerum pertinet, quia videlicet per ipsos duodecim apostolos fides sancta trinitatis intonat per quadripartitum orbem, qui missi sunt predicare tria summa per quatuor insima. [& cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, scripturus eram. Et audiuimus vocem de celo dicentem, Signa que locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere.] Quia audierat Iohannes superius. Quid vides scribere in libro, voluit etiam ea que audiret a septem tonitruis scribere, sed dictum est ei, signa, id est, sigilla que locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Vbi merito queritur, quare filii hoc dicatur, cum in Iohanne omnes doctores figurentur, qui vtique non debent divisa eloquia signillare, vt non ad aliorum manifestentur utilitatem. Verum dicendum est, quia quod nos sub signo signamus, non omnibus notum est, volumus, sed solummodo familiaribus, & quibus credere nos pro certo posse scimus. Quod autem palam dicimus, & non si gillum, ad multorum notitiem ducimus, Dicitur Iohanni, & in illo omni ordini doctorum, Ne scribat quae locuta sunt septem tonitrua, quia non omnibus sunt manifestanda diuina eloquia. Pro temporibus enim abscindenda sunt, ne fiat contra praeceptum domini, quo ait: Nolite sanctum dare canis, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Simplicibus quoque debent discrete, & secundum capacitatem singulorum distribui, quia alii laeti potum suscipiunt, alii vero solidum cibum percipere possunt. Vnde ipse dominus discipulis dicit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et iterum: Fidelis seruus & prudens, qui dat conseruis suis in tempore tritici mensuram, Dicatur ergo

LIBER III.

go Iohanni, signa que locuta sunt vii. tonitrua, & noli ea scribere, & in illo omni choro doctorum ac si dicaret Eloquorum dei sacramenta sic intra mentis secretum tege, quatenus ne aut hi qui non debet ad eorum cognitionem pertinuerint, aut hi qui debet cum discretione & moderatione eorum notitiam capiant. [Et angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manus suam ad celum, & iurauit per viuentem in secula seculorum.] Cum dominus in euangelio iurare prohibeat dicens: Nolite iurare neque per celum neque per terram, sed sit sermo vester, est est, non non iurare enim amplius est, a malo est. Quid est quod ipse manus ad celum leuauit, iurat per viuentem in secula seculorum? Sed Iohannem, sciendum quia homines recte iurare prohibentur: quia saepe in iuramento falluntur. Non enim homines a iuramento deus cohibitus est, si in eo peccatum defesse cognoscitur. Deus itaque iurare potest, qui non metitur aliquando, utramque autem eius est omnis sermo illius, quia quicquid loquitur, absque villa ambiguitate compleetur. Per manum autem angelorum, ut supra diximus, intelligitur operatio filii dei, & dispensatio humanae redemptionis. Leuauit itaque angelus manus in celum, quando filius dei carnem quam pro nobis assumpsit, ad dexteram patris eleuavit. Hinc scriptum est: Leuabo in celum manus meam, & iurabo per dexteram meam, ac si dicaret: Assumptam a verbo carnem ad celos eleuabo, & per utranger naturam, verbi & hois, que futura sunt roborabo, iurauit per viuentem in secula seculorum, i. per deum patrem, quando se & patrem unum ostendit, dicit: Ego in patre & pater in me est. Et quia etiam oia sua opera ad deum retulit, dicens: Propter in me manens, ipse facit opera. De quo etiam subditur: Qui creauit celum & ea que in eo sunt, i. i. solem & lunam & cetera sidera. [& terram & ea, que in ea sunt,] i. hoies, bestias, aues & cetera visus ad vermiculum. [& mare & ea que in eo sunt,] cetes, & pices diversi generis. Quo in loco hereticorum perfidia datur, qui non verebuntur assere, quod a bono deo, quod a vero a principe facta tenebatur. Sed & cum subiungit: [quia tempus non erit amplius]

HAYMO. IN APOCALY.

Quæstionem nobis facit, maxime cum Psalmista de re probis dicat: Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Si enim impiorum tempus erit in secula, quomodo tempus iam non erit? Ad quod dicendum, quia iusti non erit tempus, id est, mutabilitas aliqua, qua immutabiles erunt in mente, & incorruptibles in corpore. Tempus quippe est vicissitudo dierum ac noctium. Ideo ibi iam tempus non erit, ubi nulla varietas cuiuslibet rei. Iusti vero immutabiles existent, quia in eterna claritate & indeficienti luce permanebunt: unde Psalmista: Ordinatione tua perseverat dies: Impij autem tempus habentur, quia semper per varia tormenta mutabuntur, & ad calorem numismi transibunt ab aquis nivium. Quod ergo dominus de iustis negat, hoc de iniustis Psalmista affirmat. [Sed in diebus vocis septimi angelii cum cœperit tuba canere] Id est, cum cooperit sancta ecclesia ultimam suam predicationem diffundere. [consummabitur mysterium dei.] Id est, perficietur quicquid modo latet, quia consummatio hic non abolitionem significat, sed perfectionem. Mysterium autem appellatur illud, quod oculus non vidit, ne auris audiuist, ne in cor hominis ascendit, quod tunc con summabatur, id est, perficietur, cum & iustis bona, & iniustis data fuerint tormenta ante preparata, [scitur euangelizauit per seruos suos prophetas.] Omnis enim intentio prophetarum principaliter de domini aduentu fuit, & seculi consummatione. Ideoq[ue] tunc perficietur, quod ante prædictum est per illos. [Et audiui vocem iterum de cœlo loquentem mecum, & dicentem: vade & accipe librum de manu angelii stantis supra mare & supra terram.] Et angelus qui tenet librum apertum Christus est, & ipse qui inuitat Iohannem ut vadat ad angelum Christum est: ipse enim tenet librum apertum, quia ipse reuelauit omnia quæ latebant in veteri testamento, de eius nativitate, passione, morte & resurrectione. Vox ergo illa quæ facta est ad Iohannem, nihil aliud intelligitur, nisi interna inspiratio, quia deus inspirat cordibus fidelium ut accedant ad eum, iuxta illud: Accedite ad eum & illuminamini:

LIBER. III.

Nam & quod Iohanni dicitur, omnibus vtique dicitur, qui reuelata facie gloriam Domini contemplantur. Ita enim tales apertum habent libellum, ideoque illi dicitur, ut accedant ad angelum non gressibus corporis, sed passibus fidei & mentis. Nec mirum si ipse Christus de se tanquam de alio loquitur, cum & sancti in scripturis sapientissime de se quoies magna dicunt, sic loquuntur quasi de alio. Vnde est, Erat Moyses vir mitillum⁹ super omnes qui morabantur in terra. Erat: Vir erat in terra. Huius nomine lob, simplex rectus ac recedens a malo. Et ipse Iohannes: Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Bene quoque ipsa vox non de terra, sed de celo sonuit, quia qui de terra est, de terra loquitur. Quod vero sequitur, stantis supra mare & supra terram, superioris exppositum est. [Et abiit ad angelum, dicens ei vi daret mihi librum.] Lubenter quippe Dei vocem patrificans sanctorum sequitur effectus, quia pergit ad angelum, id est, accedente fide & devotione ad Christum, poscet eis ibi dari librum ab eo, qui aperit ora misericordia, & linguas infantium facit distertas. Ex hoc lacio huius: Si quis indiget sapientiam, posulet a deo qui dat omnibus, & non improferat, & dabitur ei. [Et dixit mihi. Accipe librum & deuora illum.] Acceptum librum deuoratus est, cum audiret scripturam secretis recondere visceribus. Vbi notandum quia non dicit, accipe & bibe illum, sed deuora, id est, mæduca audie. Scriptura enim sacra in quibusdam locis potus est, in quibusdam vero cibus. In rebus obscurioribus, quæ intelligi sine expositione non possunt, cibus est, quia veluti mandando, legendō, & ruminando sumitur. In apertioribus vero quæ intelligi sine expositione possunt, ibi potus est. Potum enim non mandendo glutimus. Apertiora ergo & manifestiora bibimus, quæ etiam non exposita intelligere valemus. Et quanquam sancti apostoli, & ipse Iohannes aperte cognoscerēt dei sacramenta, tamen quia adhuc expositione indigebant, qualiter ad eum pertinenter, nequaquam dicitur Iohanni bibere, sed deuorare, ac si apertius diceretur, pertracta & intelligere, id est, prius mande, & sic degluti. Quod sancti

HAYMO. IN APOCALY.

patres fecerunt, Augustinus scilicet, Gregorius, & ceteri, quorum nunc expositionibus vnum. [Et faciet anima ricare ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.] Praeposterus ordo est in hoc loco: Pruis enim in ore cibis assumitur, & sic denum ad inferiora ventris trahicitur. Hæc omnia in sequentibus exponuntur. [Et accipi librum de manu angelii, & deuorauit eum, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorassem eum, amicatus es venter meus.] Quia alio per os ecclæsæ figurantur, nisi sancti prædicatores, qui die ac nocte legem domini meditantur, & possunt dicere, Quam dulcia fauibus meis eloquia tua super mel & fauum. Per ventrem vero seculares homines intelliguntur, ventri & voluptatibus suis seruentes, de quibus apostolus: Quorum deus venter est, Tales enim aliquando audire per os prædicatorum diuina verba suscipiunt: sed quia terrenis voluptatibus deferuntur, sermo dei qui in ore eorum fuerat, illis tanquam mel dulce, in ventre amarescit sicut (verbi gratia) cum audiunt. Non concipiunt vox rem proximi tui, Non domum, Non agrum, & Si quis non dederit patrem, aut matrem, aut vxorem, filios & filias, non potest meus esse discipulus. Et iterum: Si quis vult nosf me venire, abneget seipsum. Amarescut illis diuina eloquia, quia desperant se hoc posse facere, volupitatibus suis voluntatis deferuntur. Alter: Ipsi sancti prædicatores dulcis est sermo Dei in ore ad prædicandum, ad meditationem, ad exponentium: sed dum coguntur ea complete operibus, que docent verbis, vertitur illis in amaritudinem. In ore quoque prædicatorum dulcis est sermo (sicut diximus) ad legendum, ad exponentium: sed dum pro ipsa sua prædicatione contemnuntur, & insuper affliguntur, & diuersis modis cruciantur, in ventre corum convertitur in amaritudinem, qui contristantur in mente simul, & de vexatione & de contemptorum damnatione, unde apostolus: Tristitia est mihi magna & ingens dolor cordis meo. Quod enim venter secretum cordis significet, Ieremias ostendit, qui cum dixisset: Ventre meum doleo, continuo subiecit, sensus cordis mei conturbatus

LIBER III.

fuit in me. Neque enim ad salutem populi pertinere, si ventrem se corporeum dolere prædicaret, sed vatem doluit, qui mentis afflictionem sensit. Vel certe accessus liber & comes in amaritudinem vertitur, cum quelibet doctor ex sua prædicatione plementes conuersos aspiciens, metus affectu illis coniungitur, & cum Apostolo dolet cum dolentibus, fieri cum flentibus. Vel certe dulcis est nobis, cum gaudia patriæ celestis promittit Amarus vero cum austera præcepta per quæ ad eandem patriam perueniamus indicit. Dulce quippe est audire: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris sui. Amarum autem: Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Ita dulce est audire, Scimus quoniam cum apparuerint, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Amarum autem, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulare & ipse ambulare. Dulce fuit apostolus, In regeneratione cum sedecit filius hominis in fede maiestatis sue, sedebitis & vos super fides duodecim, Amarum fuit illis. Quis vult inter vos esse maior, sit omnium seruus. [Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare populi & gentibus & linguis & regibus multis.] Iohannes pene omnia, immo omnia quæ in hoc libro præmissa sunt non specialiter ex sua, sed generaliter ex electorum protulit persona, nunc autem quæ in hoc versu narrantur, & sue & aliorum personis congruerit docet. Quando enim ista vidit, in Patmos insula relegatus erat, & ideo ei dicitur, Oportet te iterum prophetare populi & gentibus & linguis & regibus. Ac si ei diuina vox diceret, Non morieris in hac insula, vt tu putas, sed iterum prophetabis, & hanc apocalypsim quam vidisti, manu tua scribes, & alios docebis, nec formam hanc prophetiam annuntiabis, sed altius categoris ad erudiendam fidem sanctorum euangelium scribes iterum autem dicit, quia videlicet iam hoc fecerat eorum regibus & gentibus, unde & a Domitiano impissimo Cæsare, & in feruentis olei dolium missus est, & in eadem insula exilio deportatus, vbi etiam hanc apocalypsim vidit, Nam cù iam proiectæ esset atatis,

HAYMO. IN APOCALY.

& putaret se celerius ad Christum & mōdo migrare, in terfecto Domitiano, & cuncta eius iussione cassata res uersus est Ephesum, ubi & prefatam apocalypsim ecclēsia tradidit legendam. Ebione autem Valentino & Cheronto contra Christum oblatrantibus, episcoporum precibus flexus, iudicio triduano ieiunio, euangelio etiā scriptis, & ideo tot populus & gētibus prædicavit, quia eius prædictio ad multorum notitiam peruenit. Sed que illi specialiter ascribitur, generaliter prædicatoribus deputatur, ad quorum personam dicit: Oportet te iterum prædicare populus, quia nimurum alius ad Christum migritibus, electorum ecclesia in subsequentibus prædicatoribus iterum non definit prædicare. Prophetare autem intelligere debemus predicare, sicut Paulus dicit: Prophetæ duo dicant vel tres, & ceteri diuident. Vel certe propriece iterum lohannes prophetare iubet, ut quod doctores ecclesiæ prædicat̄ orę, factō iterato clament. Oportet enim ut h̄i qui verba vita creditibus nuntiant, operibus etiā vita clamare non desistant.

C A P V T . X I .



T datus est mihi & calamus similiſ virg.] Hæc verba sicut conuenient lohanū, similiter conuenient omni ordinis prædicatori. Per calamus autem, id quod calamo efficitur intelligere debemus, id est, diuinam scripturam, quia antiqui calamo scribabant. Vnde bene ipse calamus nō inanis, sed similiſ virg. dicitur In virga enim rectitudine sacre scriptura intelligitur, in qua nullū est mendacium, nullus error, sicut in philosophorum libris, ludorum & hereticorum, quorum doctrina plena est mendacio. Sacra autem scriptura ex omni parte est recta, atque ideo bene virg. comparatur, iuxta quod Psalmista dicit: Virga recta est virga regni tui. Aliter: Reges in signum potestia sua virgam in manibus portant, per quam regia ilorum potestas exprimitur. Recte ergo calamus, i. diuinā scriptura virg. cōparatur, qua suis obseruatoribus regnum promittit, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, & multa similia.

LIBER III

Et istud regnum quod ecclēsīs predicatione promittit, in inflexibili iustitia perseverat. Postquam autē datus est ei calam⁹, diuina vox dicit illi: Surge] videlicet ad prædicationis officiū, & noli iacere in imis vitiorum, quia ut supra dictum est, quod lohanni dicitur, omnibus veritatis prædicatoribus conuenit, qui quod verbis prædicat, factis iterato clamare debent.] & metire templum dei ac altare.] Templum dei ipsa est ecclēsī, cui Apostolus dicit, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Altare autem in templo, eminentiores significat in ecclēsī fideles, i. virgines, cōtinentes, & seculo renūcientes. Sic enim altare in templo est, ita vita religiosorū in plemento fideliū, consistens in quibus principaliter iugis atque indeficiens sancta compunctionis permanet ignis. Quod autem sequitur, [& adorantes in eo.] Ita est, tā quam subaudiretur, & in templo, & in altari adorantes metire. Quo nimicū dicto illi exprimātur, qui in spiritu & veritate adorant patrem, sicut domin⁹ dicit. Dicitur itaque omni ordinis doctorum: Surge ad portio- ra opera, metire templum & altare & adorantes in eo, hoc est, vnicuique professioni & ordini secundū suam dignitatem & locum annuncia verbi dei, ut (verbi gratia) virginibus dico, beatæ efflīs que respūstis nuptiā le cōsortium, vnde & habebitis societatem angelorū: & quae non habebitis in terra sp̄sum, habebitis in celo sp̄sum Christum, deum. & hominem victorium in æternū. Dicito etiam seculo renūcientibus: Beati efflīs qui euangelici præcepti non immemores, cuncta terrena p̄ Christo reliquias, sequentes eum, a quo thesaurum in celo indeficitem percipietis. Continētibus vero, Beati qui post licitum nuptiarum, sectantes continentiam internumerari contenditis his, de quibus merito dicitur: Virgines enim sunt, & sequuntur hagnum quoconque ierit. Vel altare generaliter sanctam ecclēsiam accipias, in quo deo quotidie sacrificium laudis, & incēsum orationis offertur. Metire templum & altare, id est, secundum capacitatēm vniuersiūque sermonem profer, simplicibus simpliciora, perfectis alta & profunda cōmittens.] Atrium autem quod est foris templum, eiice

HAYMO, IN APOCALY.

foras, & ne metarias illud.] *Miranda profrus locutio talis, quod illud foras eius precipit, quod foris esse ostenditur. Quomodo enim foras eius potest, si intus non est? Sed cale est hoc quale & illud. Deleantur de libro viues tum, id est, non scribantur in eo. Ita ergo & hic dicitur, Atrium vero eis foras, id est, noli illud computare intus. Per atrium autem quod foris est, intelligetur haereticorum pagani, & Iudei quibus ad sancta sanctorum nullus parat ingressus, de quibus Paulus dicit: Quid autem miseri de his qui foris sunt iudicare? Dicatur ergo, ne me traxis atrium quod foris est, id est, noli tales computare in numero sanctorum, quoniam datum est genitus.] Id est communis tormentum peribunt, & inter eos repudiantur qui idola colunt, quoniam & illi simulae coelestes videntur, mendacium pro veritate tenentes. Iudei se dicunt credere in deum patrem, sed mentiuntur, quia qui non habet filium, nec patrem habet, & qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Mendacium ergo colunt, qui veritatem non adorant. Haeretici quoque diuersos errores de domino fatentur, unde quia a veritate recedunt, similes gentibus habentur, verbi gratia: Sabellius dicit quod id est pater qui filius, & quia duas non vult intelligere personas in patre & filio, similis est, & etiam de cetero paganis. Photinus quoque affirmit cum purum hominem, nec fuisse ante Mariam, & iste similis est gentibus, qui simulacrum hominis mortui se adorare faciunt, dum solimodo Christum hominem fuisse dicit, & deum negat. Et ideo isti tales ac corru similes velint nolint, in iliorum transiunt numeru, qui imagines mortuorum adorant hominum, praefertim cum singulis partibus mendacium sit quod tenent. Similiter qui fidem quam habent operibus destruxit in numero infinitum reputantur. [& ciuitatem sanctam calcabunt,] ipsa scilicet atria, [mensibus quadranguladibus.] Ciuitas sancta enim appellabatur Ierusalem, iuxta illud euangelij: Multa corpora sanctorum qui dormierat sura exercent, & apparuerunt multis in sancta ciuitate. Verumtamen hic non de illa dicitur, sed potius de ecclesiis, de qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei,*

LIBER III

Hanc ciuitatem calcant, i comprimit atria, i. haeretici, pagani, Iudei, & falsi fratres, & verbo & tormento: sed sicut silex calcata pedibus homini, elimari potest, communis non potest, & ratio magis climatur, quanto magis calcaritaria sancta ecclesia ex persecutione perdidit robustior redditus & luculentior, vnde Apostoli: Quando infirmor, tunc fortior sum & portens. Quadrangulados menses possumus specialiter referre ad spatium trium annorum & dimidij, quando sub antichristo acerbius calcaritus, & comprimitur ecclesia ab impiis. Nam in tribus annis & dimidio quadranguladus menses continentur, quo numero etiam omne praesens regnum intellegitur, propter sex menses attares, & septem dies, quibus omne praesens tempus volvitur. Sexies enim sepe qua draginta duas faciunt: Alter Legimus in veteri testamento, quod populus Israel quadragesima & secunda mansione ingressus est terram promissionis, & quia in figura omnia contingebant illis, utique & hoc iter ad nos pertinet, qui in itinere deserti morarum, & ad patriam reprobationis tendimus post rubri maris baptismum, in quo submersus est Pharaon cum suis exercituibus, id est, diabolus cum omnibus peccatis originalibus. Quod ergo ibi per quadranguladas mansiones in figura factum praesciebat, hoc hic per menses figurata locatio expressit. Mensibus ergo quadranguladibus calcatur ciuitas, quia quandiu in praesentis vita itineret trans fit per seculum ab impiis sustinet ecclesia.] Et eadibus duabus testibus meis, & prophetabant,] id est, dabo ut prophetent, diebus milie ducentis sexaginta.] Hic etiam & in numero dierum, qui iuncti faciunt annos tres & dimidium, & in adventu etiam & prophetia duorum testium manifeste ostenditur persecutio, & regnum Antichristi. De his quippe duobus testibus dominus per Malachiam prophetam dicit: Ecce ego mitram vobis Enoch & Eliam, vt cōuertant corda patrum ad filios, & cor filiorū ad patres eorum. Et in euāgelio ipse dominus: Elias veniens restituet vobis omnia. Ibi ergo venientes prophetabant, id est, prædicabant, quia ut sis prædictum est, prophetare aliquando ponitur pro prædi-

HAYMO. IN APOCALY.

care. Diebus millecentis sexaginta, id est tribus annis & dimidio, qui interficietur ab antichristo. [amicti sacris] quia penitentiam quam praedicabunt ore etiam habitu ostendent, sicut fecit beatus Iohannes, qui erat induitus plumbis camelorum. Sed in his duobus testibus omnis ecclesia comprehendiatur in suis praeceptoribus, quem per omnes temporum istius, vita prophetarum & predicatorum mysteriis dei, sive nunc solicer, sive in extremis temporibus. Bene autem ecclesia in duobus testibus figuratur propter duo testimonia videlicet, quibus robatur. vel quia ex duabus populis constat, & duobus praecipitis charitatis vivificatur. sive etiam propter duo martyrij genera. In sacrificio vero humilitatis sanctorum exprimitur, qui huc sunt magistri, peccatores se esse fatentur. Nam cilicium criminis conuenit. Vel certe quia sanctorum vestitae reprobis videbantur despiciuntur, ideo facies induit perhibent. & hoc est quod in hac eadem Apocalypsi dicitur. Sol factus est niger, tanquam cilicinus. [Hi sunt duo oliu[m] & duo candelabra in conspectu domini terre stantes.] ipsi specialiter duo, Enoch scilicet & Elias, duxi oliu[m] appellatur propter vniuersitatem spiritus sancti, quia sunt delibutus. Dicuntur etiam & candelabra, quia lucebunt, alisque lumen veritatis ostendent & verbo & opere. Generaliter omnes sancti ecclesie in his duobus comprehenduntur, qui tempore baptismatis & manuum impositionis episcoporum accepertur spiritum sanctum. Dicuntur autem duae oliu[m], cum una sit oliu[m], id est, vniuersalis ecclesia, iuxta illud, Ego autem sicut oliu[m] fructifera in domo dei, propter duo testamenta, vel dilectionem dei & proximi, vel duo genera martyrij. Similiter eadem ecclesia cum sit unum candelarum propter unitatem fidei, dicuntur duo candelabra propter praedicta mysteria. Bene autem in conspectu domini terrae stare perhibentur, quia sancti intima contemplatione sui conditoris in suis praecordiis inharrerent probant, & iugiter voluntatem eius confidantes, ea faciunt in quibus creatorem suum non offendunt. Vnde Elias dicit, Vnde dominus in cuius confitebitur. Et Paulus, Sicut ex deo coram deo loquimur in

LIBER III.

Christo. Potest etiam & de his duobus testibus intelligi, alter qui in conspectu domini terra stant, quod videlicet in paradiſo, ubi quondam fuit Adam, antequam peccaret, translati sunt, & a nostris conspectibus ablati claritate visionis dei perfruantur. [Et si quis eos voluerit nocere, ignis exiit de ore illorum, & deuorabit inimicos eorum.] Hoc ex parte iam impletum est, quod sicut in libro Regum legitimus, ad vocem Eliæ descendit ignis de calo, & consumpsit quinquagenarios cum suis quinquaginta. Sed specialiter haec verba sicut pertinent ad illos duos, ita generaliter & ad omnes sanctos. Per ignem autem predicatione sancta figuratur, quia corda auditorum ad mortem dei accendit. Ex isto itaque igne boni proficiunt, mali vero deficiunt. vnde Paulus, Christi bonus odor sumus deo. & alii odor vita in vitam, alii odor mortis in mortem. dum enim sancti bona coram ipsis proferunt, etiam nolentes noscent, quia ipsi bona quae audiunt, in sui damnationem vertuntur: dumque sanctos persequuntur, qui sibi vitam annuntiant, hoc igit[ur] id est, doctrina quae predictis de ore illorum] deuorantur, quia pro contemptu & persecutio[n]e sanctorum, digni supplicij atentis aguntur. [& si quis eos voluerit ledere, ita oportet eum occidi.] Sententia scilicet verbi dei. Vel certe de ore testium ignis egrediens inimicos eorum interficiunt, quia nimis ru[m] contraria Christo sentientes, atque in malo perseverantes, anathematis fulmine sancta ecclesia percutunt. Quod si & hoc in bonu[m] accipere volumus, sancta ecclesia in suis doctoribus igne oris sui inimicos deuorat, cum verbo exhortationis & administratione claritatis eos ad sui amorem provocat, ut moriantur inimici, & viuant dilectionis gratia coaceruatis dilectionis carbonibus super caput eorum, iuxta Salomonis sententiam. [Hi habent potestate claudere celum nubes ne pluia diebus prophetarum, & poestatem habent super aquas conuertendis eas in sanguinem, & pugnare terram omni plaga quotiescumque voluerint.] Et hoc iuxta literam impletum cognouimus in Moyse & Elia, quoniam vnu[s] aquas Nili fluminis conuertit in

HAYMO. IN APOCALY.

sanguinem, eo quod induratum esset cor Pharaonis. Alter vero clausit calum ne plueret annis tribus & diuidio. Dum enim regnaret Achab rex impius, qui sanctos der interfecit, & insuper idola coluit, omniscip populus Israel relinques Deum patrum suorum, adoraret Baal, & eos Elias reuocare ad cultum dei non potuisset, iratus dixit: Vixit dominus? si erit vobis ros aut pluvia, nisi iuxta crux mei verbum. Quod ita factum est, donec populus ageret penitentiam, & iterum ille sua petitione obtineret pluviis, Moyse quoque terram Aegypti percussit omni plaga, quotiescumque volui, id est, quoniam liberaret filios Israel de Aegyptiorum servitu te. Spiritualiter ipsis sancti appellantur calum, appellantur autem & nubes, de quibus scriptum est: Et nubes maddabo ne pluant super eam imbre, Claudunt itaque et calum, hoc est, scipios, non quo omnimodis cali imbre non emittant, sed quod super terram, quae spiritus & tribulos germinat, non pluant. Pluunt itaque perfecti, abscondunt vero suam pluviam impiis, quoniam bonis & fidelibus voluntibus suam predicationem manifestant, contemptibus vero & irrisoribus abscondunt. Vnde est: Ne misericors marquartas veritas ante porcos. Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem. Aqua scripturam significat, vnde est: Aqua profunda sermo ex ore viri. Ipsi itaq; aquam in sanguinem vertunt, cum occasionem illis qui bene prolata male intelligent, administrant, & doctrinam quam percepissent, in sui periculum conuertunt. Quod idcirco facere sancti dicuntur, quia ipsi eis diuina verba annuntiante, qui contemnunt, cupientes eos instruere, & ad dei voluntatem reuocare, Habet quoque potestatem percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint, quia in potestate illorum est, ut quādo velint loquaciter & iterum quando velint tacant, vt scilicet fidelibus loquatur, infidelibus autem taceant. Et ideo quotiescumque fidelibus diuina mysteria claudunt, toties infamibili plaga persecuti sunt. Quotiescumque vero fidelibus dei sacramenta pandunt, toties aios ad mortem, alios ad vitam trahunt. Et quod alii

LIBER III

proficit ad salutem, alii prouenit ad mortem, dumque Verba coram impensis formant, sanguinem carnalis intelligentia quo moriantur porrigitur. Et notandum quod non dicit, habebunt potestatem, sed habent, vt hoc non de duobus tantum, Enoch & Elia, qui venturi sunt, sed etiam de pra sentis nunc temporis ecclesiæ predicatoribus dictum intelligamus.

[Et cum finirent testimoniū suum, bestia quæ ascēdit de abyssō, faciet aduersus illos bellum, & vincet illos & occidet illos.] Hoc testimonium non ad ipsum regnum antichristi est referendum, sed ad præcedens tempus quo ipsi prædicabant, antequam ille incipiatur regnare. In revelatione enim bestia finiendum, id est, perficiendum & complendum est testimonium illorum, qui docent ipsum non esse Christum, sed diabolum, pronuntiantes ludris atq; gentibus olim iam venisse Christum, & sua passione redemerisse genus humatum, vnde & ab eo tenti interficietur. Et hoc est quod sequitur, quia bestia quæ ascendit de abyssō, faciet aduersus eos bellum. Bestia autem vocabulo non solum damnatus ille homo, verum etiam habitator illius diabolus, qui per illā exaltabitur, & extollebit supra omnem quod dicitur deus, aut quod colitur, sed & omne eorum illius figuratur. Homo itaq; ille perditus ascendet de abyssō, hoc est, de multitudine ludorum perfidorum, qui impietate profundi sunt nascendo, & per ætatum momenta proficiendo, iuxta illud: Diabolus dan coluber in via, Cerasites in semita. Diabolus enim ascendet de abyssō, hoc est, de reproborum cordibus, in quibus habitat, & ingredietur illum damnatum hominem, vt per eum signa feciat, & eleuetur ita, vt sedeat in templo dei tanq; sit deus. Omne enim corpus illius cum capite suo ascendet de abyssō, quia diuino dei iudicio effixeri permittetur. Iudicia enim dei ab iis multa: Inde nanque ascendet, vnde ad superbiam eleuari permitteatur. Faciet autem contra deitatem bellum, & corporale & spirituale, exhibebit cuncta quæ in præcedentibus martyribus sunt ad impleta, id est, virgas, fustes, plumbarias, candentes ferri laminas, vngulas ferreas,

HAYMO. IN APOCALY.

bestias ignes, & carceres, & si qua sunt similia tormentorum genera. Iterum quos si non poterit vincere, conabitur doctrinis superare, exhibebit dona, verba promet dulcia, adhibebit falsa miracula, & per vtraque se uiens multos a fidei rectitudine ad errorem inclinabit, alios scilicet decipiens terroribus, alios autem persuasio nibus. Verum quod dicitur, vincet eos, non ad sanctos pertinet, qui non poterunt vinciri, & qui ante poterunt occidi, quam a fide separari, sed quædam pars malorum intelligitur, quæ sociata est corpori Christi, quæque siue terroribus, siue blandimentis vinciri posse narratur. Quod vero occidet eos, ad sanctos pertinet, quos intersciet diuersis modis, & superare non poterit. Inter quos etiam erunt ipse Elias & Enoch, qui a bestia nec erroribus nec blandimentis superari nullo modo poterunt. Inter eos autem qui vincentur, comprehenduntur falsi Christiani, Iudezi, haeretici & pagani. Si vero quærumque sunt arma ecclesia, utique fides & innocentia duo dilectionis praecpta, duo etiam testamenta. Hinc pugnant, hinc victores existunt, etiam cum moriuntur. [Et iacebunt corpora eorum in platea magna ciuitatis, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.] Ciuitatem magnam, quantum ad literam appellat Ierusalem, quæ de ciuitate magna dicebatur, sed postquam dominum suum interfecit, iam non dicitur ciuitas magna, aut Ierusalem, sed Sodoma & Aegyptus. Licer enim persecutio vbi que grassetur, tamen immanior & acerbior erit ecclesiæ vexatio, ubi dominus crucifixus traditur. & ubi caput malorum apparebit antichristus. In cuius platea specialiter dicuntur iactare corpora sanctorum, tamquam scilicet ubi principale certamen erit, ibi mortuorum corpora multipliciter pereant. ubi etiam intelligitur, quia Iudaica plebs specialiter adhuc rebit antichristi, quoque Enoch & Elias prædicantibus, qui ex ea saluandi fuerint, revertantur ad Christum. Bene autem illa ciuitas Sodoma vocatur & Aegyptus, quia opera Sodomorum atque abominationes Agyptiorum sectasse cognoscitur. Vnde Isaia illis dicit: Audite principes Sodomorum. Altius

LIBER. III

austem per ciuitatem magnam in qua iacebunt corpora sanctorum, totus mundus intelligitur, quia in omnibus mundi partibus sancte tone temporis intercipientur. Unde bene dicitur, Vbi dominus eorum occisus est. Quod enim Dominus extra portas illius ciuitatis est passus significabat, quia Christus in suis membris in toto mundo erat passurus. Ita est ciuitas magna, quæ Babylon vocatur, in qua diabolus regnat, sicut ciuitas est Christi Ierusalem, in qua regnat ipse Christus. Illa cepit a Cain, ista autem ab Abel. Sodoma interpretatur muta, Aegyptus tenebrae. Quibus nominibus illi comprehenduntur, qui meu nimio concusserunt tempore Antichristi non audebunt confiteri fidem Christi, sed in tenebris, infidelitatibus cecati, & in tenebris tenti peccatorum, negabut illum. Insuper etiam & ciuitatem sanctam calcabut, id est, comprimit, lacebunt autem corpora multorum, & illorum scilicet qui fuerint mortui, & illorum etiæ qui diuersis afflictionibus tribulationibus, id est, fame, puditate carceribus, & ceteris inexquisitis tormentis. [Et videbunt de populis & tribibus & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium.] Manifesta etiæ ostenditur persecutio sanctorum in oibis grecis futura, ci dicitur, quod oës populi & tribus & lingue vi debut corpora eorū tribus dieb⁹ & dimidio, i. tribus annis & dimidio, quibus regnabit antichristus. Ita enim hic dies pro anno posit⁹ est, sicut & in veteri testamēto, ubi legim⁹ & reuerſi exploratores, qui quadraginta diebus terram exploraverunt, fecerunt murmurare populum. Vnde & postea quadraginta annos permanerunt in deserto, Domino dicente ad Moysen: Diem pro anno dedi vobis. Similiter & ad Ezechielē, cui præceptum est, ut trecentis nonaginta diebus iaceret super latus finistrum, diem inquit pro anno dedit tibi. Significata est enim in his diebus captiuitas decem tribuum trecentis quadraginta annis futura. [& corpora eorum non sinentponi in monumentis.] Per corpora autem totos homines accipere debemus, qui non solum extinti verum, etiam diuersis pressu ris attriti iacebunt & concubabunt. Consuetudo quippe sacre scripture est, ut aliquan-

HAYMO. IN APOCALY.

do per animam aliquando per corpus totum hominem significet. Per animam, ut ibi: *Defecit Iacob in Egiptum in animabus septuaginta. Per corpus vero, sicut Maria in euangelio dicit: Quia ruelerum Domini num meum, & nescio ubi posuerunt eum. cum sola corpora quererer, quod posuisse fuerat in sepulchro, anima illius cum diuinitate verbi descendente ad infernum. Verum tanta saevitia tunc erit, & tam erit immanis illa persecutio, ut non satiscent reprobi, postquam interficerent eos, sed etiam ad augendam suam malitiam, ne que post mortem permittant eos ponи in monumento. Sic enim legimus factum & in persecutiōe sanctorum martyrum, quod tanto tunc amplius sit, quanto grauior erit perfectio. Alteri in monumentis idcirco mortuorum corpora ponuntur, ut ibi quiescant, & diem expectent novissimum. Vnde & per quandam sapientem dicitur: Corpora eorum in pace sepulta sunt. Tunc itaque non sinent eos ponи in monumentis, hoc est, non permittent eos quiescere, veluti quiescent corpora mortuorum, sed varijs & inexquisitis eos cruciabunt tormentis. Monumentum etiam dicitur eo quod monementum quia & nos dum consideramus sanctorum monumenta, qui sua corpora pro Christo tradiderunt, monementum venerationem illis impendere. Non itaque sinent eos ponи in monumento, hoc est, non permittent eos venerari, sed velut irrisione dignos, permittent eos in plateis iacere, ubi comedantur a bestiis. [& inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iudicabuntur, & munera iacenti inuicem.] Recepit inhabitantes terram vocant, qui de interitu & defunctis sanctorum gaudentes, mentem ad premia contuenda electorum, vel ad sua consideranda supplicia erigere non moverunt. Tales ultimo tempore cum ecclesia tradita fuerit in manus persecutorum, videntes Enoch & Eliae, ceterorumque martyrum corpora inseulta sacre, gaudebunt ex eorum humilatione & imperfectione, qui eos male viuentes & peccantes increpabant. Et mittent sibi inuicem munera, eulogia scilicet & datum temporale, vel sermonum congratulationem, tanquam*

LIBER II.

diem festum celebrantes. [quoniam hi duo prophetae cruciauerunt eos qui habitant super terram.] Sicut superdictum est, in deoratione scilicet ignis spiritualis, in suspenso pluvia salutaris, in conuictu aquarum in sanguinem. Licit ergo toto nunc tempore gaudent impis de tribulatione & humiliacione iustorum letantes cum maleficerint, & exultantes in rebus pessimis, tamen iam tunc longa erit & maior talium exultatio de afflictione vel morte iustorum, as sua crudelitate. Sed cum dixerint pacis & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Vnde hic quoque apte subinfertur: [Ecce post tres dies & dimidium.] Id est, interitum repentinum super eos venire, qui dicunt pacis & securitas, & tunc dolorem, cum dicunt gaudium post quadraginta scilicet quinque dies, qui in Danielis libro & Isaiae commemorantur. [spiritus vita a Deo intrabit in eos.] Non tamen alienus spiritus ingredietur in eos, sed unusquisque homo suam animam recipiet. [& steretur.] Pro eo quod est stabunt, quia praeerit tempus eis positum hic pro futuro [super pedes suos] Quia tum autem sit hoc futurum, post illos, xlvi, dies solus Deus nouit. Bene vero stare dicuntur sancti, quia scilicet iam incommutabiles, erunt mente, & incorruptionibiles in corpore. [& tumor magnus cedidit, id est, cadet.] Super eos qui viderunt eos, pro eo quod est videbunt, id est, super omnes reprobos qui interficerent eos, ibi quippe recognoscet eos in gloria, quos persecuti sunt in praesenti vita, & timebunt dum viderint eos glorificatos, expellant sentiantiam diuinæ vitionis. Vel etiam ipsi sancti cum viderint se inuicem glorificatos, & viderint celum ardere, infernum apertum, daemones per hunc aera discurrentes, Dominum venientem ad iudicium cum multitudine angelorum timebunt. Sed vi Dominus dicit, virtutes celorum mouebuntur, quanto magis homines. De quibus adhuc subditur: [Ecce audierant vocem magnam dicentem illis, Ascendite huc.] Vox ista quæ eos vocat ut eis los ascendant, ipsa est de qua Apostolus dicit: Ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei

H A Y M O . I N A P O C A L Y .

descendet de celo. Ascendite (inquit) huc, id est, ascendi te ad deum, & ad caput vestrum quia membra vestris illius, qui modo singulis redditibus est iuxta opera sua. Ideoque nolite morari in terra, ne iniquitatem in peccatis miserorum, [& ascendenter in nube in celum, & videbent illos inimici eorum] Legimus in evangelio, quod dominus in nube venturus sit ad iudicium, scilicet in dixerunt angelis testes illius ascensionis: Hic iesus qui a sumptu est a vobis in celum, sic veniet quemadmodum viditum eum ascendentem, id est, eadem carne & nube. Sicut ergo Christus venturus est in nube, ita & omnes sancti. Vnde ipse dicit: Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Vnde & apostolus dicit: Nos autem qui vivimus rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus, non in aere, sed in celo. Quod si quis hanc Pauli sententiam intuens inquirit qualiter generaliter primo homini illa compleatur sententia, qua illi dixit deus, Terra es & in terram ibis, scire debet veram dei esse, & Pauli sententia, quia & viui reperient homines, ex quorum persona hoc apostolus loquitur, & tamen scire debet vt Beatus Augustinus dicit, in ipso raptu tubium, & si momentaneam mortem tamen gustabunt. In terram ergo revertentur, quia hoc est corpus in terram reverti, quod est exente anima remanere corpus, quod utriusque terra est. Itaque scimus dicimus, quia in momento & in ictu oculi, in ipsis nubibus, spiritum vita accipient hi, qui in aduentu domini viui reperientur, in quibus ut dictum est, & momentaneam mortem gustabunt. Impi quippe remanebunt in terra haec electi eleubantur ad gloriam, in qua & inimici illorum eos videbunt, & sentient iudicces iuste, quos iudicauerunt & damnauerunt iniuste! [& in illa hora factus est terremotus magnus.] Cum loqueretur de ipso iudicio, repente venit ad ea quae ante futura sunt, id est, ad persecutionem antichristi, de quo pauloante fecerat sermonem, ipsamque vocat hora qua ante in tribus diebus & dimidio exprefserat. Quid autem mirum, si eadem persecutio una hora vocetur, cum

LIBER III.

viam praesens tempus una hora appelletur, iuxta quod iohannes dicit: Filioli nouissima hora est in terramotus itaque significat illam persecutionem validissimam, unde bene terremotus non simpliciter, sed cum addito mento magnus vocatur, quia tunc tribulatio erit, ut dominus ait, qualis non fuit, neque fiet. Hinc & Danieli angelus dicit: Veniet tempus qualis non fuit ex quo gentes esse ceperunt, [Et decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terremoto nomina hominum septem milia.] Hic locus in euangelio exponitur, ubi dominus dicit, quod quadam mulier habens drachmas decem, perdidit unam ex illis. Nouem quippe sunt ordines angelorum, sed homo decimus est creatus, qui locum a dia bolo evacuatorem repleret. Ita decima pars periret in illis, qui confundente & crediderunt antichristo. Non autem tota decima pars periret, sed pars decimae partis in haereticis scilicet pagani & ludicri & falsi fratribus. Cuius etas quippe Ierusalem appellatur, quia constat ex angelis & hominibus. Ciuitas cuius decima pars cecidit, illa scilicet qua ad novem angelorum ordines non pertinet gens, locum decimi ordinis cum electis in nomine tenet. Et cum sit ipsorum perditorum numerus infinitus, sub finito comprehenditur, cum dicitur: Quia mortua sunt in terremoto nomina hominum septem milia. Separarius enim numerus saepe pro vincularitate ponitur, at que ideo in septem millibus hominum omnes reprobi intelliguntur, qui mortui sunt in anima sub eadem persecutiōe. [Et reliqui,] qui in fide permaneserunt, id est, post abnegationem ad fidem redierunt, sive etiam qui ex etate ad veram doctrinam converti sunt, & in eadem fide perseverant, in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo celo. Siue quod eo gubernante, & fortitudinem donante non sunt lapsi, siue quod misericorditer post tuam sunt eretti. [Vt secundum abiit, & ecce ut tertium venit cito.] Superius aquila volans, tria vero dixit futura, quorum duo in narratione praecesserunt, tertium adhuc restat. Primum va quippe narrat praelium locu starum, secundum solutionem angelorum quatuor usque ad istum locum, in quo multa per recapitulationem de

HAYMO. IN APOCALY.

aduentu antichristi dicuntur; tertium inchoatur hic, & tendit usque ad prænatum locum, id est, damnationem omnium reproborum cum capite suo. [Et sept. ius angeli tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in celo, dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum.] In septimo angelo nihil aliud, nisi ut supra in ceteris et cœlesia intelligitur, non iam prædicans ut superius, sed in conspectu sui creatoris consistens. Et hoc est quod superius angelus eius supra mare, & super terram iugavit per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erat, sed in diebus septimi angelici consummabitur mysterium Dei. Septima autem angelus tuba canente, voces magnæ sunt in celo, id est, in ipsa electorum ecclesia. Quæ voces nihil aliud sunt, nisi magnum sanctorum dei delidere, laudantium Deum, & gratiarum actiones perfonantium atque dicentium: Factum est regnum huius mundi, cui antiquus hostis dominabatur, Dominus Dei nostri, id est, patris & Christi sui filii, & regnabunt pater & filius, & hi qui in patris & filii nomine intelliguntur cum omni electorum ecclesia in secula seculorum. Hanc potestatem filius Dei accepit per humanitatem, qui omnia cum patre possidebat per diuinitatem, unde & ipse surgens a mortuis dicit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. [Et virginis quatuor seniores] id est, predicatores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, id est, in potestate iudicaria, iuxta illud: Ecce dominus veniet cum senioribus populi sui, [evidenter in facies suas,] omnia sua ad eum referentes, qui dicit: Sine me nihil potest facere. Qui in conspectu dei sedent, quia in cunctis quæ agunt, vel dicunt, deum sibi praesentem semper attendunt, [& adorauerunt deum dicentes: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens qui es] immutabilis [& qui eras] ante secula cum patre, Vbi in teum est, quia non subiungit, qui venturus es, ut supra. Præsentem enim iam in iudicio, quo haec omnia agerent demonstrant, quæ venturum minime prædicat, [qui accepisti virtutem tuam magnam,] quando resurgent a mortuis omnia regna mundi tuę potestati subiecisti,

LIBER III.

95
& hoc in humanitate, quia virtus indeficiens est in tua diuinitate. [& regnasti,] regnas & regnaturus es, [& irate sunt gentes] que scilicet videt suam culturam ad nihil redigi, unde Psalmista: Dominus regnauit irascitur populi, [& venit ira tua,] id est, tempus vindictæ tuae, quando irascientium populorum ceruices confringit, [& tempus mortuorum] ut scilicet qui mortui sunt peccato, moriatur damnatione perpetua, in quibus videlicet gratarum actionibus duos dominii aduentus comprehenduntur, Primum scilicet humilem & occultum, quando surgens a mortuis mundum sibi substrauit. Secundum vero excelsum & manifestum, quando impii irascetur, & seruos suos vindicabit. Non autem gaudet electi, quia reprobi damnantur sed ideo gaudent, quia aduentus tempus quando mali iustam damnationem, & ipsi recipient bonorum operum dignam remuneracionem. Ante enim damnabantur impii, & sic remunerabuntur pici, ne poterunt peruenire ad regnum corpora plorum, nisi præcesserit dianatio reproborum. Quod autem dicit, iurat es non ita intelligendum est, ut irascatur deus sicut & homo, sed sic videbitur reprobis, quos damnabit. Talis quippe in singulorum conscientijs erit, quemad eum videbunt. Unde in mentibus electorum videbatur benignus, in mentibus reproborum iratus. [Iudicare & reddere mercedem] vnicuique, [seruus tuus prophetis & sanctis,] sic videtur haec verba sonare, quasi præcesserit meritum electorum, pro quo mercedem sunt recepturi. Non enim redditur nisi quod debetur, sed non est ita, quia scriptum est: Quis prior dedit illi & retrahetur ei? Et alibi: Gratia salvi facti eritis, & hoc non ex vobis, vt ne quis glorietur. Sciendum est itaque quia ut aliquid deo daremus, prius ab illo accepimus, cuius misericordia praenitet, vt velimus, subsequitur ut operemur, unde Psalmista: Misericordia eius praenitet me, & misericordia eius subsequetur me itaque quod accepimus, & dei est, quia ipse dedit, & nostrum, quia nos ab illo perceperimus, & ideo cum dominus mercede reddit, sua ipse dona in electis remunerat. Sub hac intelligentia quotidie dicimus Panem nostrā quotidianū da nos

HAYMO. IN APOCALY.

bis hodie, si nostrū est, cur vt detur petimus? Sed fit nos-
strum accipiendo, quod non erat habendo. Quaritur au-
tem, cur nominatis p̄phetis & ceteris sanctis, apostoli
sunt relicti? Sed sc̄iendum, quia in p̄phetis ibi sunt com-
prehensi & apostoli, qui p̄phetū sunt, quia ventura re-
proborum supplicia, & sanctorum pr̄gn̄ia pr̄nuntiant.
De quibus ipse dominus ait: Ecce ego mittō ad vos p̄-
phetas. Et ipsi lohāni dictum est, Oportet te p̄pherare
& p̄predicare gentibus. Et quia non omnes sunt p̄phetae
qui sunt sancti, remunerabuntur p̄phetae, remunerabun-
tur & isti, [& timentibus nomen tuum pusilli & ma-
gnis.] Timentes quoq; nomen illius, i. reverētiām habē-
tes nominis eius, & deo peccare timentes, cū pusilli &
magnis mercede recipiēt. Magni quippe sunt, qui bo-
nū quod intelligit, iuante se diuina gratia facere pos-
sunt. Pusilli aut̄, qui non ea possunt implere que intelli-
gunt, quia nec locum habēt. Sicut quilibet in monasterio
coſtitutus, misericordiam vult impendere fratribus
vult etiam alii sermonem p̄predicationis & doctrinæ
impendere, sed quia ad hoc non vocatur, non illud quod
intelligit, & vult, opere perficere vales. Ideoq; tales in
numero perfectorum habentur. Ideoq; nulla subripet
de imperfectione desperatio, licet non fuerit omnibus at-
tributa perfeccio. Hinc ecclesia in Gāticis can. dicit Ipo-
fo suo: Vnguētum effusum nō tuum, id adoleſcē-
tula dixerunt te nimis. Et quia talium innumerosior
summa inuenient, ideo in subsequentibus Salomon ait:
Adolescentularum autem quartum, nō est numerus. [Et
exterminādi eos qui corruerunt terram.] Subaudis, tē
pus aduenit. Qui enim corruerunt terrā, id est, carnem
suam maculauerūt diuerſis vitis & peccatis, vel qui a-
lios maculauerunt exemplo & doctrina prava, extermini-
nabuntur, id est, a terra viuentium separabūt, & ab he-
reditate sanctorū, exilio eternā damnationis damnati.
[Et apertū est templum de in celo.] Cōlūm est ecclē-
sia, quae est sedes dei. Templum in celo corpus intelligi-
gitur Christi, de quo ipse Iudeus dicit: Solute templum
hoc, & in tribus diebus excitabo illud. vnde Euangeli-
sta exponens subdit: Hoc autem, dicebat de templo cor-

LIBER III

poris sui. Quod templum apertum est nascendo, mo-
riendo, refurgendo, atque ad celos ascendendo. Tem-
plum etenim dei est ipsum corpus, quia in eo habitat o-
mnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In celo hoc tem-
plum, quia in ecclēsia haec mysteria p̄dīcantur & re-
tinentur. Vēl apertū est hoc templum, quādo (sicut in
euangelio legimus) lancea latus eius perforatum est. In
celo autem secundum hunc sensum Iohannes apertum
dicens templum, in cōspectu suo intelligi voluit, cognoscens se esse de illorum numero, de quibus in meminera-
scriptum: [Cōli enarrant glorian dei.] Et vīsa est arca
testamenti in templo eius.] Quod significatur per tem-
plum, hoc & per arcā, id est, sanctorum ecclēsia, ge-
nus est in genere, sicut octo animæ in arca. Quæ pro-
p̄reter arca testamenti vocatur, quia diuum testamento-
rum habet cognitionem, nō in tabulis lapideis, fed in ta-
bulis cordis carnalibus, ibi est vīra habens māna, id est,
corpus Christi, in quo verus est panis qui de celo de-
scendit. Ibi est vīrga Aaron, per quam sacerdotium de-
signatur, quia & illud sacerdotium in figura p̄cessit.
Significabat enim regale sacerdotium, quod agitur nūc
in ecclēsia. Hac arca quatuor portabatur circulis, quia
quatuor instruitur euangelio. A perto ergo templo, vi-
fa est arca, quia eo moriente dum latus eius lancea per-
foratur, mysterio sanguinis & aquæ ecclēsia adiocabi-
tur. In cuius rei figura, in principio mulier de latere vi-
ri dormienti, fabricata esse describitur. [Et facta sunt
fulgura & voces & tonitrua & terramotus & gran-
do magna.] Per fulgura miracula intelliguntur, qui-
bus incredulorum mentes percussa fractis mox super-
bia viribus, humiliati se subdidērunt. Hinc P̄almi-
ta. Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. Per vo-
ces vero, p̄predicationes & exhortationes. Bene autem
prius fūnt fulgura, ac deinde subsequuntur voces, quia
sancti p̄dīcatores prius miracula faciebant, & si ad
noua credenda loquendo suos auditores inuitabant. vn
de Petrus prius ad Speciosam portam sinavit paralyti-
cum, & deinde ludorum mentes ad fidem verbo ex-
hortationis informauit, Tonitrus quoque significant